BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
36
11 A
8
FONDO EBORENSE

R, 611.

139

POEMATA PYTHAGORAE ET PHOCYLIDIS:

CVM DVPLICI INTERPRETATIONE Viti Amerpachij, & poſtrema eiuſdem recognitione.

1

36. 11. A. 8

BASILEAE, PER IOannem Oporinum.

36 11 A 8

VOL. FAVSTVS AD
Authorem.

Carpitur in uiuis Virtus, poſt fata quiete
Viuere cum grata poſteritate ſolet.
Fortiter interea duros ſuperare labores
Te decet, atq; tuis nos cumulare bonis.
Tempora & interea nos longa precabimur omnes
Vitæ, Vite, tuæ, qui tua turba ſumus.

Idem ad Lectorem.

Hoc candore legas, oro, relegasq; libellos,
Quo tibi dat docti Muſa benigna uiri.
Sic, fructum ſtudijs quantum communibus affert,
Hic tibi, cum multis inde legendus erit.
Et pariter mecum Lector uenerabere doctum
Pectore, quod moneo, candidiore uirum.

CLARISSIMIS ET NOBILISSIMIS PRINCIPIbus, *Ioanni Friderico maiori natu, & Ioanni Guilelmo, Saxoniæ Ducibus, Lantgrauijs Turingiæ, Marchionibus Miſniæ, Electoris filijs, Patronis ſuis clementiſsimis, Vitus Amerpachius S. D.*

PRudenter eſt dictum à duobus pręſtantiſsimis & uetuſtiſsimis poetis apud Græcos, Homero & Heſiodo, Verecundiam inutilem eſſe uiro egenti. Niſi enim petat, qui eget alieno auxilio, nonnunquam etiam inſtet, ac urgeat petitionē, quod cupit aut petit, non conſequitur: cum non rarò nihil impetretur, à quibus crebrò aliquid eſt petitum & rogatū. Metuere autem, ne parum deceat petere, aut rogare, quo quis non poſsit carere ſine uitæ aut rerum ſuarum incommodo, non tam eſt uirtus, quàm arrogantia & ſuperbia, ne dicam ſtultitia. Quis enim eſt omnium hominum, qui non ſæ-

piſsimè in digeat aliorum ope, labore, opera, aut rebus? Quid Imperator poteſt, niſi habeat milites? quid milites, niſi habeãt Imperatorem? Quomodo locum & maieſtatem & dignitatem ſuam tuebuntur ſine populis Reges, principes, & alij magiſtratus? Quomodo ſalutem, uitam, opes, coniuges & liberos, populi ſine regibus aut principibus? Poſſunt carere miniſtris patresfamiliâs, aut patribusfamiliâs miniſtri? liberi parentibus, & parentes liberis? Cõiuges uerò nec rem familiarem, nec ſuum nomen retinere poterunt, abſque mutuo auxilio. Quid dicam de ciuibus inter ſe, quid de ciuitatibus, quid de nationibus, adeoq; omnibus inter ſe hominibus? Tanta uerò eſt in rebus humanis coniunctio & copulatio, ſingulari Dei cõſilio proculdubio inſtituta, & conſeruata hucuſq;, ut nemo ſibi ſufficiat, ut omnes aliorum opera multis in rebus & per totam uitam indigeãt. Itaque non tantum inutilis iam eſt egẽti

uiro

uiro uerecundia, ſed etiam turpis. Et non eſt propriè uerecundia, ſed imitatio, & falſa quædam ſpecies uerecundiæ: ne dicam, quòd hęc à magnis uiris non habetur inter uirtutes, & in uniuerſum in uiris damnatur. Nihil enim aliud eſt uerecundia, ſiue pudor, quàm aut iuſtæ reprehenſionis, aut iudicij, aut opinionis de nobis, hominum timor. & deeſſe nobis aliquid, adeò non eſt inhoneſtum, ut ſæpe ad uirtutem hoc nos excitet, uirtutem in nobis aliqua ex parte efficiat, alat & augeat: adeò non inutile, ut magnarum utilitatum nobis & totis populis ſit cauſa: adeò non diſſentiens à natura, ut hæc ipſa id ordinauerit, atq; conſtituerit, cùm ad rationem, aut exemplum, & uelut πολιτέιαν quandam ſuperioris mundi, tum ad ſalutem & ingentia commoda noſtri generis. Verùm hæc ſatis de hoc dicto: quæ tamen dicenda cenſui non ideo, quòd mea, meiq; ſimiliũ opera uobis opus eſſe arbitrarer, clementiſsimi Princi-

pes, nõ tamen defuturus ueſtræ aut excellentiæ, aut commodis unquam, ſi uel res poſtularet, uel is ego eſſem, qui poſſet uobis prodeſſe ulla ratione: ſed ut uobis tãtis principibus mei facti rationem & conſiliũ probarem, aut illis potius qui meam audaciam reprehendent, quòd ego homuncio nec uirtutibus nec opibus commendatus, cum potentiſsimis & nobiliſsimis Principib. colloqui, & defenſores mihi meorũ libellorum eos quærere non dubitẽ. Non ita multo enim ante hoc tempus edidi narrationẽ liberiorem, & ut minus grammaticam, ita magis philoſophicam, diſputationis M. Ciceronis de Officijs, & patruo ueſtro Principi, ut paucis uerbis multa dicam, Saxoniȩ, & nato ex Electorũ familia, dedicaui: nec malè mihi meum de eo iudicium & ſpes cecidit. Certis enim & manifeſtis argumentis intellexi, non ingratũ ipſi hoc meum uel officium, uel iudicium, uel ſpem & expectationem eſſe: nec tantum

tum ei conatum ac ſtudium in re tam honeſta et laudabili diſplicere. Quod ut ſummis uotis exoptaui, ita cũ ſperanti mihi (cur enim hoc non ſperarem de talibus Principibus ?) & exoptanti contigerit, non poſſum non facere plurimi, amplecti & exoſculari. Certè primò, quando id comperi, exiliebam lætitia, & ſentiebam mihi non paruum ſtimulũ ad uirtutem additum eſſe. Cœpi deinde cogitare & quærere, quo ſimili officio uos quoque mihi & meis ſtudijs beneuolos redderem, & patronos pararem. atq; facilè inueni, ut qui haberem nunc in manibus hæc duo poemata, alterum Pythagoræ, alterum Phocylidis: ac uerterem in latinos uerſus, & propter uetuſtatem ſpectatiſsima, & propter materiam ueſtræ ætati aptiſsima. Ne autem breuitas aut uos, aut alios, qui legent ea, deterreret, imò ut aliquando cauſas pręceptorum & circunſtantias uideretis, & haberetis aut compendiolũ, aut εἰσαγωγὴν, & uelut faſci-
 culum

culum huius philoſophiæ, cui à moribus nomen eſt factum, addidi interpretationem paulo prolixiorẽ, & φιλοσοφικοτέραν prorſus, ut feci in Ciceronis opere de Officijs. Eſt harum rerum cognitio & doctrina cùm alijs hominibus digna, tum uerò Principibus digniſsima. Nam ſi Magiſtratus eſt loquẽs lex, ut Cicero ſentit, aut cuſtos legum, & iuris defenſor, ut rectè ſummi philoſophi & ſacrarum rerum ſcriptores uolunt: Principes autẽ ſummi nunc ſunt magiſtratus: quomodo nõ ſit huius ordinis homines non tam hæc ſcire pulchrũ, quàm neſcire tetrum, deforme & flagitioſum? Nec ſatis eſt, eos qui præſunt populis, habere conſultores eruditos & prudentes: ipſos etiam decet, quantũ negocia patiuntur, literas colere, legere, diſcere, intelligere: non tantum alienis præſentium, aut ſuis pectoribus ſapere. Nec ulla uox pernicioſior eſt inuenta, & apud multos celebris adhuc habetur, quàm quòd dicitur, Principes

pes & opulẽtos nihil indigere doctrina: quaſi tantũ ad uenationes, luxum & uoluptates nati ſint, quæ corporis ſunt oblectationes & ſuauitates: non etiam ad doctrinam, ad cognitionem rerũ, ad liberales artes, ad intelligendam iuſticiam, æquitatẽ, & alias uirtutes, quæ ſunt animorum cultus, & uelut epulæ quædam: aut literæ nullum alium habeant uſum, quàm ut uictum nobis quærãt, rem faciant, proſtent, & ſedeant in quæſtu pro meretrice, ut ille ait de Amicitia. Hoc uerò nihil aliud eſt, quàm Principẽ & potentem infra omnes homines collocare, nec à pecudibus admodum ſecernere. Quare factum eſt à parente ueſtro ſapientiſsimè, quòd uos planè pueros adhuc tradidit erudiẽdos magiſtro & doctrina & moribus excellenti, atq; ad inſtituendos Principes, ut mihi uidetur, nato, Georgio Prennero, ſingulari & ueteri amico meo: cuius opera planè futurum eſſe confido, ut & intelligatis uirtutum & ho-

neſtatis uim & præſtantiam: & ea faciatis uolentes & ueſtra ſponte, quæ alij aut non faciunt, aut faciunt inuiti. Ad quod uobis, dici nō poteſt, quantum prodeſſe poſsint exempla domeſtica, magni patrui ueſtri ſapientia & amor ſummus erga uirtutem & ingenuas artes: aui integritàs, pietas, & ſingularis quædam clementia, cognatorum grauitas, & regendorũ populorum inſignis peritia & ſtudium, religionis amor, & fides cùm in alijs rebus, tum in cōiugijs uerè Chriſtiana. De patre uerò quid dicã? Tacere equidem ſatius eſt, quàm dicere quod non exprimat eius uirtutes, quæ tantę ſunt, & tam multę, ut ideo & patris ei ſui nomen, & patrui datum eſſe putem, quia futurũ erat, ut ſanctitate & uirtutibus cum ſua maxima laude, & ciuitatũ infinito bono utrunq; referret, ne dicam ſuperaret, ſi tantæ uirtutes ſuperari poſſunt. Horum ueſtigijs ſi inſiſtetis, horum ſimiles fieri ſi ſtudebitis (debetis autem ſedulò & ſem

per

per ſtudere) nunquam nec magnorum Principum nomen & fama uobis deerit: nec ueſtros populos fallet ſua de uobis non tam ſpes & expectatio, quàm præſagiũ & diuinatio. Verùm hæc præceptor ueſter hauddubiè ſapienter & grauiter uobis inſtillat, & magna cura inculcat: nec ſanè ad aliud hac admonitione ego ſum uſus, quàm ut meum erga uos perpetuum ſtudium & obſeruantiam uobis declararem. Quòd ſi uidebor aliquibus impudenter facere, quòd uos mihi meorum ſtudiorũ, & in primis huius libri defenſores dari cupiam: ſic illi cogitent ac ſciant, hoc mihi conceſſum eſſe ab illis, de quibus dictum eſt ſuprà, doctrinæ luminibus: & nec dedecere Principes, literas & literatos defendere, cum neminẽ ſuorum ciuium negligere debeant: nec ante me nullos hoc feciſſe, quod ego nunc facio, uerùm & multos hoc tempore idem facere, & iam inde à uetuſtiſsimis temporibus feciſſe quàmplurimos,

mos. Ac non exiſtimo, id mihi uitio dari poſſe à quoquam cordato, quòd meos Principes maluerim habere patronos & tutores in hac re, quàm peregrinos: præſertim in meorũ talium conatuum, & edendarum lucubrationum initio. Nam ut Aratus à Ioue eſt exorſus, ita ego poſt Deum rectiſsimè à Principibus quenq;, & ſuis, exiſtimo exordiri: à Principibus quidẽ, quòd inter homines ij ſint Deo ſimillimi: à ſuis uerò, quòd propria ſit eorum noſtri & omnium noſtrarum rerum cura, tutela & defenſio. Quare mitto ad uos, generoſiſsimi Principes, hunc librum, non tam literarum donum, quàm & teſtificationem ſtudij, pietatis, amoris, obſeruantiæ erga uos meæ; & opus aut rem qualemcunq; ueſtri clientis & ciuis, qua fruamini quàm diu libet, cuiusq; tutelam ſuſcipiatis: atq; ita in ea conſueſcatis à primis annis, honeſtiſsimorum ſtudiorum & liberalium artium curam gerere, quæ certè una eſt ex illis quæ maxi-

maximè cōueniunt Principibus:idq;
ut faciatis, magnopere à uobis quæ-
ſo. CHRISTVS Opt.Max.diu con
ſeruet nobis ueſtram uitam, aſpiret
ſtudijs ueſtris, mentes & pectora ue-
ſtra ſuo lumine illuſtret: cogitatio-
nes & mores ita regat, ut quamdiu-
tiſsimè uiuatis ad æternam ipſius glo
riam, ſolatium & gaudium paren-
tum ueſtrorum, ad ueſtram & popu-
lorum ueſtrorum ſalutem & utilita-
tem. Valete. Vitembergæ, III.
Calend. Martias, Anno
M.D.XXXIX.

VITVS AMERPACHIVS ad Lectorem.

FAteor, mi Chriſtiane Lector, in hoc opere quædam duriora, & à Chriſtiana modeſtia & ſimplicitate alieniora, ut iam quidem ſentio, mihi, neſcio quo calore ac ſtudio incitato, excidiſſe potius, quàm ſcripta eſſe: idq́; relegens nuper librum, deprehēdi: ac, ut decet, ingenuè horum alia prorſus deleui, alia mutaui, alia clarius expoſui, totumq́; opus correctum hoc modo iterum edere uolui. Quòd autem ita huic enarrationi aliquando inſerui theologica, factum eſt hoc deteriore euentu, quàm aut propoſito, aut etiam iure, ut opinor. Quis enim Iuriſconſultus, quis Medicus, aut Grammaticus, imò quis cerdo, aut omnino paterfamiliâs apud Chriſtianos, ut uitam & actiones omnes, ita & doctrinam ſuam, ac artem non referat & examinet ad ſalutarem Euangelij tractationem, & piè uiuendi rationem, quantum poteſt ac licet fieri? nedum ego in talibus diſputationibus, de morali Philoſophia, quæ haud dubiè cum diuinis ſcriptis plurimum inter omnes humanas diſciplinas habent cognationis: ne dicam nullos ita uideri mihi docēdos eſſe hanc partem Philoſophiæ, pueros præſertim, ſine tali quadam collatione, ut ſimul & naturæ iudiciū, & Dei uoluntas, de honeſtè uiuendo teneris animis inſtilletur: utq́; ita

uelut geminis teſtibus, animi diſcentium conuincantur obligationis illius, ad pietatem & probitatem exercendam. Hæc mei quidem animi eſt inductio, hoc iudicium. Nihil tamen in his tantis rebus (exceptis ijs quæ ſunt ad credendum neceſſaria, quatenus ea quidem ſcio) ſic aſſero, ut non putem errare me poſſe, ac labi. Homo enim ſum, & humanũ eſt errare. Propterea non pudet me, non hoc tantum, ſed etiam alia, quæ tractantur & in hoc opere, & in alijs meis libris, cenſenda permittere doctioribus, atq; adeò Eccleſiæ Chriſtianæ, catholicæ & orthodoxæ iudicium nunquam ſubterfugiam. Correxi & in priore interpretatione pleroſq; errores, partim commiſſos mea, partim Chalcographorum culpa: ſperoq; ita fore, ut non offendat in poſterum hic liber admodũ nec Grammaticos, nec Philoſophos, nec Theologos. Si quid tamen relictum eſt erroris, ut facilè potuit fieri ex humana imbecillitate: hoc ut ego non defendam pertinaciter admonitus, ita eruditi emendabunt candidè: cogitabuntq́; me nec impietatis amantem eſſe, nec diuino ingenio præditum. Vale, ac rectè iudica. Datum III Nonas Maias, Anno Domini M.D.XLII.

AD LECTOREM iterum.

Anni ſunt plus minus decem, Lector humaniſſime, cum edidi primùm hoc opus eo calore & impetu, cuius in præcedente Præfatione memini: quã addidi poſtea, re melius intellecta, & motus edicto Imperatoris noſtri Caroli V. ut ingenuè fatear, & par fuit, plurimum: in quo ut quidam horum temporum auctores & libri alij damnantur, ita meum hoc opus, ut quidem ſuſpicabar tum ſtatim (non enim erat meum nomen additum) & poſtea comperi certò, literis hac de re miſſis ad me Louanio, ſuperiore anno, ſi rectè memini. Quanquam autem anno ab hoc ſexto limaui tanquã has Annotationes, & correxi ad Louanienſium etiam, ut quidem adhuc ſentio, poſt alteram hanc relectionem, palatum, & ſtomachum uelut quendam: ante paucos menſes tamen ad me perlatũ eſt hoc anno aliud eiuſdem generis edictum Auguſti Caroli, quod non modò non poſuit huius operis mei nomen, ut prius illud fecerat: ſed meum ſolum, ſine ulla ullius operis mentione: ut quidem in catalogo miſſo ad me, Germanicè manu ſcripto, legitur. Impreſſum enim fateor me nondum uidiſſe, nec ſcriptum etiã alia lingua. Hoc mihi certè non parum fuit moleſtum, ac uiſum eſt factum eſſe inhumaniter:

ter, ut facilè cogitare poteſt quiuis nõ totus hebes, aut iniquus. Ac ideo dedi operam, ut me decuit facere, per literas omnem rem explorando apud magnates quoſdam, & conquirendo primam editionem etiam, licet iam correctam, ut hac moleſtia tanta liberarer. Nuſquam autem cum illam inuenirem inter meas chartas, nec aliunde hic poſſem habere: ſecundam, quod ſatis etiam ad hanc rem eſt, relegi: & præter uitia quædam, & mendas grammaticas, aut chalcographicas, nihil occurrit mihi mutandum, aut abijciendum præterea. Nec dubito & Louanienſe collegium (nam inde orta eſt huius operis damnatio) ſi uolent cõmodos & humanos iudices agere, non amplius habiturum, ut etiam non habuit in ſecunda editione, tot iam annos, quantum intelligo, non ſolum quod hæreſim oleat, ſed etiam quod offendere adoleſcentiam ullo modo poßit: niſi tamen quis aut in peiorem partem, ut facilè poteſt etiam in optimis & ſanctißimis libris hoc fieri, uelit aliquid accipere, aut ſua, non mea culpa offendi: & hoc non minus quidem ex ipſis Poematis, quàm ex meis Annotationibus. Hoc te iterum & plenius monendum, Lector, putaui, cum eſſem tertiò nunc editurus libellum: ac te quæſo uehementer, ut meum ſtudium, operam & ſolicitudinem boni conſulas: nec pu-

tes me quicquam habere uel prius, uel antiquius, tum pietate ac religione orthodoxa illa ueteri totius Eccleſiæ, *tum honeſtate ac utilitate publica. Vale. Dat.Ingelſtati, 15. Calend.Septemb. Anno*
M.D.LI.

ΧΡΥΣΑ ΕΠΗ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ.

ΑΘανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμῳ ὡς διάκεινται
τίμα, καὶ σέβου ὅρκον, ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς.
τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων.
τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας.
τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιεῦ φίλον, ὅστις ἄριστος.
πραέσι δ' εἶκε λόγοις, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.
μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς,
ὄφρα δύνῃ. δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι, κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε·
γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
καὶ θυμοῦ. πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
μήτ' ἰδίῃ. πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.
εἶτα δικαιοσύνην ἀσκεῖν ἔργῳ τε, λόγῳ τε.
μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε.
ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι, (κτᾶσθαι,
χρήματα δὲ ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.
ὅσσα τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς, πρᾴως φέρε, μηδ' ἀγανάκτει.
ἰᾶσθαι δὲ πρέπει καθόσον δύνῃ. ὧδε δὲ φράζου.
οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς, τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.
πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοὶ

προσπίπτωσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἂρ ἐάσῃς
εἴργεσθαι σαυτόν. ψεῦδος δ' ἤν πέρ τι λέγηται,
πράως ἴχ'. ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ παντὶ τελείσθω.
μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ
πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τί τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.
βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.
δειλοῦ τοι πρήσσειν τε, λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός.
ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσῃ.
πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ ἐπίστασαι, ἀλλὰ διδάσκευ
ὅσσα χρεών, καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.
οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή:
ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον, καὶ σίτου, γυμνασίων τε
ποιεῖσθαι. μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὃ μή σ' ἀνιήσει.
εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον.
καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἴσχει.
μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρόν, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων,
μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι. μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.
πρῆσσε δὲ ταῦθ', ἅ σε μὴ βλάψῃ, λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.
μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν·
πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου, ἐπέξιθι καὶ μετέπειτα.
δειλὰ μὲν ἐκπρήξας, ἐπιπλήσσεο: χρηστὰ δέ, τέρπου.
ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα, τούτων χρὴ ἐρᾶν σε.
ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.
ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν
παγὰν ἀενάου φύσεως; ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον.

θεοῖσιν

θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. τούτων δὲ κρατήσας,
γνώσῃ ἀθανάτων τε θεῶν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων
σύστασιν, ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται, ᾗ τε κρατεῖται.
γνώσῃ δ' ἣ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην,
ὥς τέ σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.
γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας.
τλήμονες, ὅτι ἀγαθῶν πέλας ὄντων, οὐκ ἐσορῶσιν,
οὔτε κλύουσι· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.
τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας, οἱ δὲ κυλίνδροις
ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.
λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθε
σύμφυτος, ἣν οὐ δεῖ προσάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν.
Ζεῦ πάτερ, ἢ πολλῶν τε κακῶν παύσειας ἅπαντας,
ἢ πᾶσιν δείξαις, οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
ἀλλὰ σὺ θάρσει, ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.
ὧν εἴ σοί τι μέτεστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω
ἐξακέσας, ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.
ἀλλ' εἴργου βρωτῶν, ὧν εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς,
ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων, καὶ φράζου ἕκαστα.
ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην.
ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα, ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
ἔσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός.

Τέλος τῶν χρυσῶν ἐπῶν τοῦ
Πυθαγόρου.

AVREA CARMINA PYTHAGORAE.

PRincipiò uenerare deos, ut lege receptum eſt,
Et iuſiurandum colito: pòſt armipotentes
Heroas, magnæ uenerandaq; numina terræ,
Et cum cognatis dulces uenerare parentes.
Ex alijs uirtute tibi iungatur amicus,
Qui reliquos homines ſuperat uirtutib. omnes.
Lenibus & uerbis cedas, factisq; benignis.
Oderis & nunquã carum leue propter amicum
Peccatum, donec potes, & nihil impedit illud.
Tecta tenet duris nam iuncta potentia fatis.
Iſta quidẽ noris: ſed et hæc quoq; diſcere debes,
In primis uentrem cohibere, grauemq; ſoporem,
Cum Venere, atq; ira: facias nil turpiter unquã,
Seu fueris ſolus, ſeu non conſorte carebis:
Teq; magis nullum metuas in crimine teſtem.
Poſtea iuſticiam factis quoq;, non modò uerbis
Exerce: contraq; geras te, recta requirit
Quàm ratio, nunquã, res qualiſcũq; gerẽda eſt.
Sed mortem cunctis ſubeundam noueris eſſe.

Nec

Nec ſemper ſpernas nūmū, nec ſemper amabis.
Quicquid & humanis poterit cōtingere rebus,
Leniter, hoc tibi ſi dederit ſors, ferre memento:
Quodq́; tamen poteris, ſana: ſic deinde putato;
Quòd non multa bonis tribuat ſors talia multis:
Quodq́; homines mittant uoces prauasq́;, bo-
Ne grauiter quicq̃ uel te cōterreat harū, (nasq́;,
Vel teneat uinctum. Si quis mendacia dicat,
Suſtineas: & quod dico, fac. inſuper addas:
Non dictis, factis'ue, tibi perſuadeat ullus,
Vt facias, dicas'ue, tibi quod poſsit obeſſe.
Antè, quid ut ſtultè non fiat, proſpice factum.
Nam miſer eſt, ſtultè quiſquis dicit'ue, facit'ue.
Perfice, quæ nequeant animū mordere peracta.
Ne fac, quæ neſcis: ſed quæ te ſcire decebit,
Diſce: tibi current ſic mollia tempora uitæ.
Corporis & debes non intermittere curam:
Inq́; cibo potuq́; modus ſit, gymnaſijsq́;.
Hoc fiet, laſſum ſi te non illa grauabunt.
In uictu mundus frugalisq́; eſſe ſtudeto.
Vt non inuidia, caueas, hac parte labores.
Fac tempeſtiuos, non ut plebs inſcia, ſumptus:
Et ſordes fugias. In re modus optimus omni eſt.
Ne fac, quæ lædant. conſulta, quàm facis, antè.

Ne capias oculis in mollibus antè quietem,
Quàm tota tibi geſta die ter mente putari:
Quò ueni? quid nam feci? cur praua peregi?
A' primis animum ſic ad poſtrema reuoluas,
Vt bene lætitiam pariant, malè facta dolorem.
Huc labor, huc curæ, ſtudiũ tibi tẽdat & omne,
Hæc tibi uirtutemq́; ducem, diuosq́; parabunt:
Hunc animæ numerũ noſtræ qui, iuro, quaternũ
Naturæ fontem tribuit ſine fine fluentem.
Ne uenias ad opus, niſi numina fauſta precatus.
His bene ſeruatis, hominum coniunctio quæ ſit
Cum dijs, cognoſces: implet quæ cũcta, tenetq́;,
Naturamq́;, ſibi ſimilis quæ perſtat ubiq́;.
Ne non ſperandum ſperes, utq́; omnia noris,
Quodq́; ipſi exiſtãt homines ſibi cauſa malorũ,
Cognoſces. miſeri, bona qui nõ cernere poſſunt,
Nõ audire, ꝓcul quæ nõ poſita eſſe putandũ eſt.
Et pauci norunt, quæ res mala finiat: hæc ſors
Afflixit mẽtes hominũ, huc quos pellit, & illuc,
Inſiſtensq́; rota per mille pericula uerſat.
Nam funeſta comes tectè contentio lædit (ſtẽ.
Nata ſimul. fugere hãc decet, haud accerſere pe-
Eripe magne malis aut cunctos Iuppiter iſtis:
Omnibus aut monſtra, uitã quo dæmone degãt.

Sed

Sed tu fide, hominũ quoniam cœleſtis origo eſt.
Illi natura rerum ſacra cuncta docentur,
Quorum ſi quid habes, uitijs, mea iuſſa, remotis
Perficies, animumq́; malis ſeruabis ab iſtis.
Atq; cibos uita, quos dixi. puraq́; quæ ſint,
Quæq́; animũ ſoluãt, teneas, & ſingula ſpectes,
Conſilio auriga ſuprema in parte locato.
Corpore depoſito, uacuũ ſed in aera poſtquam
Veneris, exiſtes immortalisq́; deusq́;.

PRAEFATIO.

PYthagoræ titulo eſt inſcriptum hoc poema. Vnde apparet, à magna parte hominum eſſe creditum, quòd Pythagoras eius author ſit, non aliquis alius Pythagoricæ doctrinæ ſtudioſus. quanquam contrà Suidas ſcribit, nonnullos Aurea carmina quoq; Pythagoræ adſcribere. Sic ille inquit: τινὲς δὲ ἀνατιθέασιν αὐτῷ καὶ τὰ χρυσᾶ ἔπη. *Quibus uerbis ſignificat, plures non habuiſſe illum pro horum uerſuum authore. Sed nos adducimur his etiam cõiecturis, ut credamus ab ipſo Pythagora factũ eſſe poema, quòd, ut Diogenes & Suidas teſtantur, mandauerit ſuis diſcipulis, ut qui ingrederentur domum, dicerent hunc uerſiculum,*

πῆ παρέβην, τί δ᾽ ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Quodq́;, ut Plutarch. in uita Numæ Pomp. refert, Pythagorici nihil in literas referre conſueuerint: quanquam cauſa, cur hoc factum ſit, poteſt etiam ad Pythagoram ipſum accõmodari. Deinde, quòd tam ſplendidum titulum habet, & quidem coniunctum cum Pythagoræ nomine. Poſtremò, quia ſit dignũ uiſum Vergilio principi Latinorum poetarum, quod imitaretur, & tantũ non uerteret. Certè unum locum integrum in carmine ſuo de Bono uiro trãſtulit. nam quod pleraq; Pythagoricæ doctrinæ cõtinet, non minus arguit Pythagoram autorem eſſe, quàm aliquem ex eius diſcipulis, aut ſectatoribus. Verùm utut eſt, carmen hoc apparet in magno precio fuiſſe. Non enim contendo ualde, ſed cõijcio tantum, à Pythagora ſcriptum eſſe. Quanquam Chryſippus etiam apud Gellium uidetur ſentire, hoc à Pythagoricis, uelut de cõſilij alicuius ſententia compoſitum, ubi ait: διὸ ὑπὸ τῶν πυθαγορείων οὕτως εἴρηται, γνώσει δ᾽ ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ᾽ ἔχοντας. *Ego dixi, quod mihi uidetur: ac dignũ eſſe poema cenſui, quod mea enarratione aliquid luminis acciperet. Nam ſine tali adminiculo non poteſt intelligi ab imperitioribus. Addidi etiam uerſionem pedeſtrem, ut hac quoq; parte aliquam conſequeretur cõmendationem hic libellus. Hanc non ualde iacto: ſed hoc tamẽ dico,*

non eam paruo labore mihi conſtitiſſe, præſertim cum ſtuduerim uerſuum numerum exprimere, & quantum fieri poſſet, figuras & phraſin eius retinere: hocq́; magna ex parte, ut opinor, præſtiterim. Quod exiſtimo nõ multo minus difficile eſſe, quàm culturam & copiam adhibere: aut certè felicioribus & exercitatioribus ingenijs tam eſt illud difficile, quàm hoc eſt aridioribus, & non ualde in hac facultate exercitatis. Quanquam & illi ſæpe non aſſequuntur græcam ſuauitatem, aut omnino phraſin & proprietatem, etiamſi magna cultura & longis ambagibus utantur: ac ne quidem poſſunt hoc aliquando facere, cum linguarum natura & diuerſitas repugnet. Qua de re ſunt hi belliſsimi & dulciſsimi uerſiculi Martialis;

Dicunt Earinon tamen poetæ,
Sed Græci, quibus eſt nihil negatum,
Et quos ἄρες ἄρες decet ſonare.
Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui muſas colimus ſeueriores.

Ego feci quod potui, nec alijs inuideo meliorem interpretatiónem.

SCHOLIA.

χρυσᾶ ἔπη.) ἔπος Græcis non quodlibet carmen ſignificat: ſed hoc tantum, quod Heroicum alioqui, aut Hexametrum dicitur. Veteres etiam Deliacum, & Pythicũ, item Dactylicum uocauerũt,

Dictum

Dictum eſt autẽ hoc genus carminis, ut Græci docent, ἀπὸ τȣ̃ ἕπεσθαι τὰς φάσεις ἀλλήλαις, id eſt, quòd in hoc uerſu aptius cohæreant ſyllabæ, & pedes ſuauius decurrant, quàm in alijs: per quandam antonomaſiam, aut exochen. Aurea ſunt dicta per metaphoram, ſicut aureum ſeculum à poetis dicitur. Nota eſt figura etiam in Germanico ſermone. Pythagoras autem appellatus eſt, à ſtudio & facultate ueri dicendi. τὴν ἀλήθειαν ἠγόρευεν οὐχ ἧττον τȣ̃ πυθίȣ, inquit Suidas.

ἀθανάτȣς μὲν.) Quod initiò præcepit de ordine diſtribuendi honoris, idem ferè eſt apud Diogenem & Suidam: niſi quòd Diogenes tantum de Deo & dæmonibus dicit, & Suidas dæmones heroibus præponit. Hæc autẽ uox non ita hic ſignificat, ut Theologis. Similia quædam de colẽdo Deo & ſanctis, noſtri Theologi docuerunt, cum λατρείαν ad Deum referunt, δȣλείαν ad ſanctos & alias creaturas. Addiderunt etiam nonnulli differentiã de humanitate Chriſti, ſed malè, ut mecum pleriq; ſentiunt. Non enim debet humanitas à diuinitate in cultu ſeparari. Quanquam alioqui habet multos gradus δȣλεία, tot, quot ſunt hominũ inter ſe gradus: de quibus diligenter docuerunt Cicero & Gellius, adeoq; aliarum creaturarum.

τῶν δ' ἄλλων.) Tanti fecit amicitiã Pythagoras, ut dicere ſolitus ſit, Ex inimicis amicos, non

ex ami-

ex amicis inimicos faciendos eſſe. Idem uult ſibi Liuius, cum dicit: Amicitias immortales, inimicitias mortales eſſe debere. Quod dictum celebratũ fuiſſe apud Græcos, & inde fortaſſe in Italiã ueniſſe, oſtendũt hæc uerba Ariſtotelis: καὶ μὲν πολὺ βελτίων τὰς φιλίας ἀθανάτους ἀξιοῦν εἶναι, ἢ ἐκείνων ὀρχομενων ὑπὸ τὴν τυχὴν τῆς ἔχθρας μὴ βούλεσθαι περιμένεσθαι λύσεις.

πράεσι δ' εἶκε.) Hi duo uerſus ad caput humanitatis pertinent. Nihil enim tam conuenit hominis naturæ, quàm non eſſe inexorabilem, aut non flecti non poſſe nec uerbis, nec officijs: & amicitiam prodere propter leue erratum aut offenſam, flagitium eſt. Quatenus autem ſint amicorum uitia toleranda, tum alibi, tum in libello de Amicitia docetur apud Ciceronem.

ὄφρα δύνῃ.) id eſt, donec potes, aut quantum potes, aut ſi potes. Impediri enim poſſumus aut affectibus, aut alijs quibuſcunq; rebus, ſiue rectè fiat hoc, ſiue nõ rectè: de quo nihil hic dicitur. & additur cauſa, Potentia enim prope neceßitatem habitat: id eſt, cognata enim ſunt hæc inter ſe: & nihil eſt neceſſe fieri, niſi unà ſit poßibile etiam. ut cum dico, Neceſſe eſt hominem mori: eatenus hoc eſt uerum, quatenus habet potentiam quoq; moriendi. Quanquam hæc potentia non ſpectat in alteram partem: id eſt, homo non poteſt etiam non

mori,

mori, ſicut cœlum non poteſt etiam non moueri: propterea quòd potentiam habet mors & motus cõiunctam cum neceßitate. Subtiliter omnino & philoſóphicè dictum eſt hoc à Pythagora: niſi tamen ad conditionem in utroq; reſpexit, ac honeſtatem, uelitq; retineri amicum, donec poßit, ac ſit neceſſe: hoc eſt, liceat per honeſtatē. Hactenus enim etiam cognatæ ſunt res, neceßitas & poßibilitas, ac melius quidem in hoc loco, niſi fallor.

ταῦτα μὲν ὅτως.) *Tranſitione quadã adnectit ſequentia præcepta ſuperioribus. Docet autem initiò de continentia, quæ conſiſtit maximè in refrenandis uoluptatib. quæ tactu & guſtu percipiuntur, ut Ariſtoteles tradit: & horum uelut fons eſt, immodicus cibi & potus uſus. Nam ſine Cerere & Libero friget Venus. Ita poſſumus de ſomno quoq; dicere. Cæterùm uenter cohibetur, quando ſeruatur modus in uictu, & non appetitui frena laxantur. In uentre enim conſiſtit illa uis appetendi nutrimenti. Hinc eſt, quòd ipſos etiam homines uoraces & bibaces, Græci & Latini uentres appellauerint aliquando. Ad hoc præceptum pertinet, quod ſcribunt Pythagoram docuiſſe, de abſtinendo à carnibus: uoluit enim uictum parabilem eſſe hominibus, & ſobrietati, & acuendo ingenio accommodatißimum.*

καὶ θυμοῦ.) *Impetum animi Græci* θυμὸν *propriè*

priè uocãt, Latini aliquando animoſitatem. Confi dentiam quoq; poſſent appellare, niſi hoc uocabu lum in uitio poneretur. quanquam confidens laudis eſt, ut Cicero ſcribit. Reſiſtit autẽ timori, non expellit prorſus timorem: id eſt, non eſt contrarium timoris. Germani recẽtiores, ein mût uocãt. nam ueteres hac uoce pro animo ſimpliciter ſunt uſi. Is impetus, ſi moderetur, fortitudinem efficit: ſi non moderetur, temeritatem.

πρήξεις δ' αἰσχρόν.) Hoc *Auſonius ita dixit:*
Turpe quid auſurus, te, ſine teſte, time.
Si enim per ſe uitium eſt fugiendum, fugi debet, etiamſi nemo, niſi nos, ſit nobis eius conſcius. Quod quando non fit, perpetuò nos accuſat, & damnat noſtra conſcientia. Eſt enim hoc inditum noſtris mentibus diuinitùs, honeſtè faciendum eſſe, & turpitudinem uitandam.

εἶτα δικαιοσύ.) *Iuſticiã non rebus tantum, ſed uerbis exerceri poſſe, notum eſt. Contumelioſis enim dictis, & delationibus, fama & exiſtimatio læditur. Quod nihil aliud eſt, quàm ſuum adimere alteri, & non ſeruare æqualitatem: quod eſt contra iuſticiam.*

μηδ' ἀλογίστως.) *Quòd nihil ſit faciendũ contra rationem, docet. Huius rei cauſa in Ethicis Ariſtotelis, qui ſic dicit:* ὀρθῶς γὰρ, καὶ ἐπὶ τὰ βέλτιστα παρακαλεῖ. ſ. λόγον ἔχον, *Eſt enim* λόγος *uox deri-*

uata

uata Græcis à λέγω, *id eſt dico, præſcribo, dicto, iu dico. Similem originē apud Latinos habet ratio, à uerbo reor: cuius participium ratum, quando uſurpatur nominis loco, firmum & certum ſignificat: inde ratio dicta eſt.*

ἀλλὰ γνῶθι.) *Ideo ſcire iubet, moriendum eſſe omnibus, quòd ſenſit, poſt hanc uitam benefacta præmium, malefacta pœnam habere, atq; animam eſſe immortalem. quæ res ad cohercēdos homines plurimum ualet.*

χρήματα δ' ἄλλοτε.) *Quia pecunia ſunt res media, aut potētia bona, ut Ariſtoteles alicubi docet: per ſe neq; amanda eſt, neq; negligēda, ſed utrumq; faciendum in loco. Eſt enim ubi prodeſſe, eſt etiam ubi nocere poßit.*

ὅσσά τε δαιμονίοισι.) *Fatalia mala ſunt æquo animo ferēda. Non enim fiunt leuiora, ſed potius grauiora, indignatione & impatientia. ſicut Horatius pulchrè monet:*

Durum, ſed leuius fit patientia,
Quicquid corrigere eſt nefas.

Et ipſe iubet ea corrigere & ſanare: & addit conſolationē, Verè bonis rarò illa accidere. Chriſtiani aliam habent & firmiorem conſolationem, uoluntatem Dei, & præparationem ſui ad uitam æternam. Quare non habēt etiam pro fatalibus mala, quæ patiuntur, nec debent habere.

πολλοὶ

πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι.) Ne facilè perturbemur hominum ſermonibus, ſic ut mens de ſuo tanquam ſtatu deijciatur: ſed retinendam eſſe animi tranquillitatem & conſtantiam, ſiue blandi, ſiue minaces, ſiue etiã falſi fuerint. Eſt autem generale præceptum contra turbidiores animi motus, qui oriuntur ex hominũ uocibus, ſiue præſentibus, ſiue abſentibus. Deinde præcipit, neq; dicto, neq; facto aliorum præbẽdos eſſe noſtros animos decipiẽdos, ut faciant, aut dicant, quod non ſit honeſtum aut utile: hoc eſt, ad prudentiam nos adhortatur.

βουλεύου δὲ πρὸ.) Treis ſequentes uerſus eódem ſpectant. Eſt enim prudentiæ munus, cogitare & conſulere de rebus, antequã agantur: hoc eſt, præcipitantiam uitare, quæ rarò habet felicẽ exitum. Idem Saluſtius præcipit: Nam & priuſquam incipias, conſulto: & ubi conſulueris, maturè facto opus eſt. Et Ariſtoteles 6. Ethicorum, prouerbij loco tali dicto utitur. Sic ait: καὶ φασὶ πράττειν μὲν δεῖν ταχέως τὰ βουλευθέντα, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως. Quanquam hæ ſententiæ præcipiunt hoc etiam, agendum eſſe tandem, non perpetuò conſultandum eſſe: nec mirum, cum agendi cauſa ſuſcipiatur deliberatio, non propter ſe.

πρῆσσε δὲ.) Non diſcedunt à ſuperioribus & hi duo uerſus. Docent enim, diſcenda eſſe, quæ ad uitam ſunt uſui: quod cum deliberando cognatũ eſt.

c Quanquam

Quanquam prius quiddam eſt diſcere, poſterius eſt deliberare: & alterum ad potentiam remotam, ad propinquam alterum pertinet, ut philoſophi loquuntur.

οὐδ' ὑγιείης.) *Valetudinis habendam eſſe rationem docet, & eam rem conſiſtere in modo quodam cibi, potus & exercitationis: modum autem ab experientia ſumi. Sic etiam iubet fieri Cicero, ſed paulo copioſius, in libello de Officijs, cum inquit: Sed ualetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis, & obſeruatione earũ rerum, quæ res aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe: & continentia in uictu omni, atq; cultu corporis tuendi cauſa, & prætermittendis uoluptatibus. Hæc ille. Quantũ autem habeat momenti illa cuiuſq; diligentia, quamq; ſit periculoſum, hoc præſertim tempore, medicorum tantum conſilia ſequi, demonſtrat eadem illa experientia, magiſtra fidiſsima & certiſsima. Nec fruſtra eſt à Philemone uetere poeta dictum:* ὡς ἱκανῶς ἔχει ἰατρὸς, ἂν ἱκανῶς μηδεὶς ἔχῃ.

εἰθίζου δ'.) *Eſt ad frugalitatem adhortatio. Hæc autem uirtus non ſolum ad rem familiarẽ prodeſt (eſt enim, ut ait Cicero, magnum uectigal parſimonia) ſed etiã ad ualetudinẽ: & eatenus hoc præceptum eſt præcedenti affine. Facit etiam ad uitandam inuidiã aliqua ex parte: ſic enim diſsimulãtur opes, quas comitatur inuidia. Et certè per ſe res*

odioſa

odioſa eſt luxus. Sic tamen ſunt contrahendi ſumptũs, ut non incurramus interim in cognatum uitium, quod ſordes & illiberalitas appellatur. Ideo additur, μηδ' ἀνελεύθερος. Et hæc eſt omnino μεσότης Ariſtotelica.

πρῆσσε ἤ.) Repetitio eſt quædam ſuperiorum, hic uerſus.

μηδ' ὕπνον.) Ad comparandam uirtutem utiliſsimus eſt hic locus. Continet enim præceptum de repetendo ſæpe, & uelut aſpiciẽdo apud animum, iſta omnia quæ geſsimus per totum diem. Idq́; debere quotidie fieri, & ueſperi, docet. Quod quantum habeat momenti, cum turpiter facta, turpem ſpeciem in animis hominum naturaliter habeant: contrà honeſtè facta, pulchram, non eſt obſcurum. Valet autem hoc non tantũ ad conſequendam uirtutem, ſed etiam ad exercendam memoriam. Cuius rei cauſa quoq; id feciſſe Pythagoricos, alicubi Cicero ſcribit. Scribunt præterea Diogenes & Suidas, iuſsiſſe Pythagoram ſuos auditores pronunciare quotidie ſecum, antequam domum ingrederentur, hunc uerſiculum:

πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη

Vergilius integram hanc partem tranſtulit in ſuum poema de Bono uiro: ac non tam interpretatus eſt, quàm παραφραστικῶς expoſuit, poſteriores præſertim uerſus. Priores duos ad uerbũ penè ſic

 expreſsit

expreſſit admodum ſuauiter:

Non prius in dulcem declinat lumina ſomnum,
Omnia quàm longi reputauerit acta diei.

Teſtatur ipſe autor etiam in fine loci hoc epiphonemate, ταῦτά σε τῆς θείης, *quòd plurimum conſerat ad honeſtè uiuendum hæc ratio & diligentia.*

καὶ μὰ τὸν ἁμετέρα.) *Macrobius citat hunc locum in 1. lib. Saturnal. cap. 6. ubi tantum dicit, Pythagoricos quaternariũ numerum* (τετρακτὺς *eum ſignificat) quaſi ad perfectionem animæ pertinentem, inter arcana adeò uenerari, ut ex eo & iuriſiurandi religionẽ ſibi fecerint. non etiam explicat eius rei cauſam. Suidas duplicem cauſam facit. altera eſt, quòd ex eo componatur denarius, qui eſt perfectiſſimus numerus: altera, quòd elementa rerum eo numero cõſtent: quæ quidem ſatis eſt probabilis. tametſi Macrobius ad illorum corporum perfectionem addit etiam interualla, quæ coniuncta cum ipſis corporibus, ſeptenarium cõſtituunt. Sed hoc nihil impedit, cum & ipſe quaternarium, ut principium, aut elementum illius perfectionis, ponat, & corpora ſint interuallis nobiliora. Ariſtoteles* ἐν τοῖς τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ *ſcribit, quoſdam Pythagoricos hanc contrarietatem* τετράγωνον καὶ ἑτερόμηκες *inter principia rerũ poſuiſſe. Plutarchus 1. lib. de Philoſophorum placitis, rem totam exponit copioſè, referens eam ad numerum*

denarium, qui eſt perfectus, hoc modo: εἴ τις ἀπὸ τῆς μονάδος ἀναποδῶν κατὰ πρόσθεσιν τιθείη τοὺς ἀριθμοὺς, ἄχρι τῶν τεσσάρων περιελθὼν, ἐκπληρώσει τὸν δέκα ἀριθμόν: ut iſtic inter alia dicit. Progreſſionem hoc genus iungendorum numerorum uocant recẽtiores, ac eſt hic 1, 2, 3, 4. Porrò hoc iuſiurandum, confirmandi ſuperioris epiphonematis gratia eſt additum.

ἀλλ᾽ ἔργον.) Ad religionem hoc præceptũ pertinet. Vult enim, ut in omnibus actionibus & negocijs incipiẽdis Deum prius inuocemus, ut bene cadant. Fruſtra enim homines nituntur & laborant, niſi Deus adiuuet eos, & adſit eorum conatibus. Atq; hoc ut ſentiamus, partim in naturã eſt ingeneratum, partim experientia docuit, tum etiam à patribus eſt acceptũ. Plato non tam præcepit, ut homines aliquid incepturi, inuocent auxilium diuinum, quàm oſtendit hoc ſolere fieri, cum ait in Timæo: τοῦτό γε δὴ πάντες, ὅσοι καὶ κατὰ βραχὺ σωφροσύνης μετέχουσι, ἐπὶ πάσῃ ὁρμῇ καὶ σμικροῦ καὶ μεγάλου πράγματος θεὸν ἀεί που καλοῦσι.

τούτων δ᾽ ἐκρατήσας.) Superiora præcepta ſi quis ſeruet, illum uenturũ in cognitionem trium rerum dicit: quòd ſint deorum & hominum congreſſus, naturam rerũ ſibi ubiq; ſimilẽ eſſe: & homines pati, quæ patiuntur, ſua culpa. Congreſſus autem hominum cum dijs immortalibus, non ſunt intelligen

di de ſomnijs, aut ſacrificijs, aut alijs occultis modis, ſed de ueris colloquijs: ita ut homines numinis aliquam ſpeciem uideant, & uocem audiant. ſicut ſcribunt Numam *congreſſus agitaſſe cum* Egeria *nympha, & cum alijs* Muſis, *tum ea quam ipſe* Ta*citam appellauit: ut ſignificaret* ἐχεμυθίαν, *id eſt, ſilentium* Pythagoræ, *cuius etiam auditor fuiſſe, propterea non ineptè creditur: etſi alij putant, uenıſſe in* Italiam Pythagoram, Tarquinio *Superbo regnante.* Hunc *etiam eſt imitatus* Socrates, *qui ſibi dæmonem adſcripſit, ac ab eo futura ſe doceri dixit, ut* Plato *ſcribit.* Hoc *autem ſimulatũ eſt, & ideo fictum, ut ipſorum uerba plus autoritatis haberent in uulgus, ut feroces homines ad uirtutem & obedientiam allicerentur, & adſuefierent, ſicut de* Numa *&* Socrate *cõſtat ex* Platone *&* Li*uio.* Quanquam *ueriſimile eſt, & uiſa nonnullis aliquando iſtiuſmodi apparuiſſe.* Deinde *naturam ſibi in omnibus ſimilem eſſe, nihil eſt aliud, quàm eundem curſum eſſe & tenorem in rebus quæ natura fiunt, atq; adeò perpetuitatem, ut* Ariſtoteles *docet.* Tertium *ad mores & diſciplinã plurimum habet mometi: ſi enim ſignificatur omnium rerum neceßitas, ut nihil uoluntati noſtræ relinquatur, non tantum irritũ eſt noſtrum ſtudium, ſed ruunt leges, iudicia, mores, & omnis diſciplina.* Similis *locus eſt in* Homeri *Odyſſea:*

ὢ πόποι

ὢ πόποι οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται,
ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

Hunc unà cum Pythagorico, *ex* Chryſippo Gel*lius citauit in ſexto libro.* Porrò *σύμφυτος ἔρις hic dicitur, non eo quòd nobis ingeneratã eſſe uelit, ſed nobiſcum unà generatã, à nobis tamen ſeparatam, ſic ut eam uitare poßimus.*

Ζεῦ πάτερ.) *In his duobus uerſibus precatur* Deũ Pythagoras, *ut aut liberet homines ab omnibus malis: aut eis oſtendat, quo dæmone, id eſt, qua fortuna utantur homines, ut ipſi poßint uitare mala ſuo quodã ſtudio & prudẽtia. Cõtra fortunam enim nulla cura, nulla ſapiẽtia ſatis eſt. nec uideo, quomodo propriè ſit fortuna in poteſtate ſapiẽtis, ut* Stoici *uoluerũt, eo quòd ferantur eius ludibria conſtanti & infracto animo à ſapiẽte: quod tamen etiã non fit perfectè.* Aſtrologi *ſuã cuiq; fortunam conantur indicare: ſed ut eſt fortuna incerta, ita ſunt incerta ſæpe illorũ iudicia & uaticinationes.* Quare Pythagoras *à* Ioue *petit, hominibus indicari, qua utantur fortuna: id eſt, in quæ mala faci lè incidãt, præter ſuum propoſitum, ut illa caueri poßint: & quæ bona cõſequi procliue ſit eis, ut il la nõ fugiãt, ſed a cerſant. Incidũt enim alij in alia mala facilius natura, contrà quàm propoſuerint. quæ res fortuna dicitur, apud* Græcos *τυχὴ, in hoc*

loco δαίμων, ſicut in Ariſtophane, ubi ait quidã: τοῦ σώματος γὰρ οὐκ ἐᾷ τὸν κύριον κρατεῖν ὁ δαίμων, ἀλλὰ τὸν ἐωνημένον. Pro numine uſurpatur hæc uox alioqui apud Grecos. ut apud Callimachum: τοιοῦται δαίμονες ἐστὲ φίλαι. Græci Theologi, & hos, ut in alijs, imitati Latini, diabolum, aut ſathanam hoc nomine appellãt, κατὰ ἐναλλαγὴν. Hinc fiunt εὐδαίμων & κακοδαίμων uocabula, quæ tum felicem & infelicem ſignificant, tum bonum & malum genium.

ἀλλὰ σὺ θάρσει.) Conſolatur hic lectorẽ, quem inſtituit, ac iubet eum bono animo eſſe, quòd ſint diuinum genus homines: hoc eſt, partem habeant diuinæ naturæ. ut noſter poeta de toto mũdo dicit: Igneus eſt ollis uigor, & cœleſtis origo.

Quod cum ita ſit, & natura duce homines uideãt ſacra, id eſt, honeſta & bona: non difficile eſt, liberam à tantis malis animam conſeruare, ſi adhibitum ſit remedium iuſta diligentia. Sed uidẽtur hæc cum paulo ſuperioribus pugnare, ubi dicit homines nec audire, nec uidere mala, & ſua ſponte in eis uerſari. Hoc ita accipi debet, ut homines irruãt in mala, quaſi non uideant ea, cum tamen ex magna parte uideant: aut certè mala quadam conſuetudine & negligentia in diſcendis rebus, & uitandis malis, cæcos fieri, tametſi mentem habeant, & ſemina dijudicandarum rerum ac uirtutum in animis, ut

mis, ut Peripatetici poſtea quoq; docuerunt.

ἀλλ' εἴργου.) Hic locus tantum *ad frugalitatem in uictu, & facilitatem referendus eſt. Ideo enim à carnibus & fabis abſtinendũ eſſe docuit, ut puto, & plerique de eo ſcripſerunt: quòd hic uictus & non eſſet parabilis, & ad uoluptatem ac turbandum animum ſpectaret, & impediret honeſtas cogitationes & actiones. hoc eſt, quod arbitror in his uerſibus dici,* ἔν τε καθαρμοῖς, ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων. *Contaminant enim animam illa omnia quæ ad luxum & libidinẽ faciunt, & gignunt alia uitia. Quia uerò ſine intellectu nihil horum fieri poteſt, iubet omnia diligenter conſiderari, & uelut aurigam harum rerum ſtatui mentem.*

ἢν δ' ἀπολείψας.) Hi *duo poſtremi uerſus obſeruandi ſunt, qui indicant illius temporis philoſophos nondum ita corruptos fuiſſe illis opinionibus, quæ poſtea ſecutæ ſunt, de interitu animæ, nõ tamen ſtatim. Socrates enim &* Plato *acriter pugnauerunt pro animæ immortalitate. quæ niſi ponatur, nec religio, nec ſacra poſſunt retineri, nec diſciplina inter homines & boni mores florere. Trahit ſanè doctrina de interitu animæ, ruinam ſecum innumerabilium malorum. Sed de hac re aliàs copioſius dicetur.*

ΣΤΙΧΟΙ ΕΙΣ ΤΟΝ φωκυλίδην.

ὁ Φωκυλίδης εὐπρεπῆ ζήσας βίον,
ὡς χριστομύστης, ὡς ἀπόστολος μέγας,
ὡς ἀκροατὴς τῶν θεοῦ θεσπισμάτων,
καὶ μυσταγωγὸς τῶν ἀρίστων πρακτέων,
εὐαγγελικῶς ταῦτα λαλεῖ καὶ γράφει,
εὔχρηστα τυγχάνοντα τοῖς ἐν τῷ βίῳ.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ἕτεροι.

Ταῦτα δίκης ὁσίῃσι θεοῦ βουλεύματα φαίνει,
Φωκυλίδης ἀνδρῶν ὁ σοφώτατος, ὄλβια δῶρα.

ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ
ΠΟΙΗΜΑ ΝΟΥΘΕΤΙΚΟΝ.

ΜΗΤΕ γαμοκλοπέειν, μήτ' ἄρσενα κύπριν ὀρίνειν.
μήτε δόλους ῥάπτειν, μήθ' αἵματι χεῖρα μιαίνειν.
μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν.
ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.
ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτήτυμα πάντ' ἀγορεύειν.
πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.
πᾶσι δίκαια νέμειν, μηδὲ κρίσιν ἐς χάριν ἕλκειν.
μὴ ῥίψῃς πενίην, ἀδίκως μὴ κρῖνε πρόσωπον.
ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσει.

μαρτυ-

μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν, τὰ δίκαι' ἀγορεύειν.
παρθενίην τηρεῖν, πίστιν δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν.
μέτρα νέμειν τὰ δίκαια, καλὸν δ' ἐπὶ μέτρον ἅπα
σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν. (σι,
μήτ' ἐπιορκήσῃς, μήτ' ἀγνῶς, μήτε ἑκοντί.
ψεύδορκον στυγέει θεὸς ἄβροτος, ὅς τις ὀμόσσῃ.
σπέρματα μὴ κλέπτειν, ἐπαράσιμος ὅς τις ἀφεῖται.
μισθὸν μοχθήσαντι δίδου, μὴ θλῖβε πένητα.
γλώσσῃ νοῦν ἐχέμεν, κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν.
μήτ' ἀδικεῖν ἐθέλῃς, μήτ' οὖν ἀδικοῦντα ἐάσῃς.
πτωχῷ δ' εὐθὺς δίδου, μηδ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς.
πληρώσας σέο χεῖρ', ἔλεον χρήζοντι παράσχου.
ἄστεγον εἰς οἶκον δέξαι, καὶ τυφλὸν ὁδήγει.
ναυηγοὺς οἴκτειρον, ἐπεὶ πλόος ἐστὶν ἄδηλος.
χεῖρα πεσόντι δίδου, σῶσον δ' ἀπρόστατον ἄνδρα.
κοινὰ πάθη πάντων, ὁ βίος τροχός, ἄστατος ὄλβος.
πλοῦτον ἔχων, σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον.
ὧν σοι ἔδωκε θεός, τούτων χρήζουσι παράσχου.
ἔστω κοινὸς ἅπας ὁ βίος, καὶ ὁμόφρονα πάντα.
τὸ ξίφος ἀμφιβαλοῦ μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν.
εἴθε ᾗ μὴ χρήζοις μήτ' ἔννομα, μήτε ἀδίκως.
ἢν γὰρ ἀποκτείνῃς ἐχθρόν, σέο χεῖρα μιαίνεις.
ἀγροῦ γειτονεύοντος ἀπόσχεο, μηδ' ἄρ' ὑπερβῇς.
πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεειναί.
μηδέ τιν' αὐξόμενον καρπὸν λωβήσῃ ἀρούρης.
ἔστωσαν ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολιήταις.
πάντες γὰρ πενίης πειρώμεθα τῆς πολυπλάγκτου.

χώρη

χώρη δ' οὔτι βέβαιον ἔχει πέδον ἀνθρώποισιν.
ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.
χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐστὶ, καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισιν.
χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων,
εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν.
σοῦ γὰρ ἕκητι μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε.
ἐχθρὰ δὲ τέκνα γονεῦσιν, ἀδελφειοί τε συναίμοις.
μηδ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύων.
μηδ' ὡς πετροφυὴς πολύπους κατὰ χῶραν ἀμείβου.
ὅστις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνήρ. ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης,
οὐκ ἐρέω τὸ τέλος. βουλὴ δ' εὐθύνει ἑκάστου.
μὴ γαυροῦ σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ.
εἷς θεός ἐστι σοφὸς, δυνατὸς, ἅμα καὶ πολύολβος.
μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖς τρύχου τεὸν ἦτορ,
οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα, χαλίνου δ' ἄγριον ὀργήν.
πολλάκι γὰρ πλήξας ἀέκων φόνον ἐξετέλεσας.
ἔστω κοινὰ πάθη, μηδὲν μέγα, μηδ' ὑπέροπλον.
οὐκ ἀγαθὸν, πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ.
ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ, πρὸς ἀμέτρους ἕλκει ἔρωτας.
ὑψαυχεῖ δὲ ὁ πολὺς πλοῦτος, καὶ ἐς ὕβριν ἀέξει.
θυμὸς ὑπερχόμενος μανίην ὀλοόφρονα τεύχει.
ὀργὴ δ' ἐστὶν ὄρεξις, ὑπερβαίνουσα δὲ μῆνις.
ζῆλος τῶν ἀγαθῶν, ἐσθλὸς· φαύλων δὲ, ὑπόοργος.
τόλμα κακῶν, ὀλοή. μέγ' ὀφέλλει δ' ἐσθλὰ πονεῦντας.
σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς, ὁ δὲ κύπριδος αἶσχος ὀφέλλει.
ἡδὺς, ἀγανόφρων κικλήσκεται ἐν πολιήταις.

μέτρῳ

μέτρῳ μὲν φαγέειν, καὶ πιεῖν, καὶ μυθολογεύειν.
πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίη δ᾽ ἀλεγεινή.
μὴ φθονέοις ἀγαθῶν ἑτάροις, μὴ μῶμον ἀνάψῃς.
ἄφθονοι οὐρανίδαι καὶ ἐν ἀλλήλοις τελέθουσιν.
οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἡλίου αὐγαῖς,
οὐ χθὼν οὐρανίοις ὑψώμασι, νέρθεν ἐοῦσα.
οὐ ποταμοὶ πελάγεσσιν, ἀεὶ δ᾽ ὁμόνοιαν ἔχουσιν.
εἰ γὰρ ἔρις μακάρεσσιν ἔην, οὐκ ἂν πόλος ἔστη.
σωφροσύνην δ᾽ ἀσκεῖν, αἰσχρῶν δ᾽ ἔργων ἀπέχεσθαι.
μὴ μιμοῦ κακότητα, δίκῃ δ᾽ ἀπάλειψον ἄμυναν.
πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ, ἔρις δ᾽ ἔριν ἀντιφυτεύει.
μὴ πίστευε τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει.
νικᾶν εὖ ἔρδοντας ἐπὶ πλεόνεσσι καθήκει.
καλὸν ξεινίζειν ταχέως λιταῖσι τραπέζαις,
ἢ πλείσταις δολίαισι, βραδυνούσαις παρὰ καιρόν.
μηδέποτε χρήστης πικρὸς γένῃ ἀνδρὶ πένητι.
μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω,
μητέρα δ᾽ ἐκπρολίπῃς, ἵν᾽ ἔχῃς πάλι τῆσδε νεοττούς.
μηδέποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς.
τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνει, τέχνας δ᾽ ὁμότεχνος.
οὐ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν.
οὐ γὰρ δὴ νοέουσ᾽ οἱ μηδέποτ᾽ ἐσθλὰ μαθόντες.
μηδὲ τραπεζοκόρους κόλακας ποιεῖσθαι ἑταίρους.
πολλοὶ γὰρ πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι,
καιρὸν θωπεύοντες, ἐπὴν κορέσασθαι ἔχωσιν.
ἀχθόμενοι δ᾽ ὀλίγοις, καὶ πολλοῖς, πάντες ἄπληστοι.
λαῷ μὴ πίστευε, πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος.

λαός, καὶ ὕδωρ, καὶ πῦρ, ἀκατάσχετα πάντα.
μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦρ καθίσας μινύθῃς φίλον ἦτορ·
μέτρα δὲ τεῦχε θεοῖσι. τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον.
γαῖαν ἐπιμειρᾶσθαι ἀταρχύτοις νεκύεσσι.
μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς, μηδ' ἀθέατα
δείξῃς ἠελίῳ, καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς.
οὐ καλὸν, ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο.
καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν·
λείψαν' ἀποιχομένων· ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται·
ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.
πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι, καὶ εἰκών.
σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν
λυόμενοι, κόνις ἐσμέν. ἀνὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται·
πλούτου μὴ φείδου, μέμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις.
οὐκ ἔν' ἐς ἄδην ὄλβον ἔχειν, καὶ χρήματ' ἄγεσθαι,
πάντες ἴσοι νέκυες, ψυχῶν δὲ θεὸς βασιλεύει.
κοινὰ μέλαθρα δόμων αἰώνια, καὶ πατρὶς ἄδης·
ξυνὸς χῶρος ἅπασι, πένησί τε καὶ βασιλεῦσιν.
οὐ πολὺν ἄνθρωποι ζῶμεν χρόνον, ἀλλ' ἐπὶ καιρόν,
ψυχὴ δ' ἀθάνατος, καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός.
μήτε κακοῖς ἄχθου, μήτ' οὖν ἐπαγάλλεο χάρμῃ·
πολλάκις ἐν βιότῳ καὶ θαῤῥαλέοισιν ἄπιστον.
καιρῷ λατρεύειν, μηδὲ ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.
πῆμα καὶ ἀχθομένοισι, κακοῦ λύσεις ἤλυθεν ἄφνω.
μὴ μεγαληγορίῃ τρυφῶν φρένα λυσσωθείης.
εὐεπίην ἀσκεῖν, ἥ τις μάλα πάντας ὀνήσει.
ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου.

ὅπλον

ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεὸς, φύσιν ἠερόφοιτον.
ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχύτητ', ἀλκήν τε λέουσι,
ταύροις δ' αὐτοχύτοις κεράεσσι, κέντρα μελίσσαις
ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε, λόγον δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισι.
τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος.
βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σεσοφισμένος ἀνήρ.
ἀγροὺς καὶ πόλιας σοφία, καὶ νῆα κυβερνᾷ.
οὐχ ὅσιον κρύπτειν τὸν ἀτάσθαλον ἄνδρα ἄτιτον,
ἀλλὰ χρὴ κακοεργὸν ἀποτροπάασθαι ἀνάγκῃ,
πολλάκι συνθνήσκουσι κακοῖς οἱ συμπαρέοντες.
φωρῶν μὴ δέξῃ κλοπίμην ἀνδρῶν παραθήκην.
ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας.
μοῖραν πᾶσι νέμειν, ἰσότης δ' ἐν πᾶσιν ἀρίστη.
ἀρχόμενος φείδου πάντων, μὴ τέρμ' ἐπιδεύῃς.
μὴ κτήνους θνητοῖο βορὴν κατὰ μέτρον ἕληαι.
κτῆνος δ' ἢν ἐχθροῖο πέσῃ καθ' ὁδὸν, συνέγειρον.
πλαζόμενόν τε βροτὸν καὶ ἀλίτροπον οὐδ' ὑπαλύξῃς.
βέλτερον αὖτ' ἐχθροῦ τυχέειν φίλου δυσμενέοντος.
ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν, ἕλκος τ' ἀκέσασθαι.
μηδέ τι θηροβόρον δαίσῃ κρέας, ἀργίποσιν δὲ
λείψανα λεῖπε κυσί. θηρῶν ἄπο θῆρες ἔδονται.
φάρμακα μὴ τεύχειν, μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι.
νηπιάχοις ἁπαλοῖς μὴ μάρψῃ χεῖρα βιαίως.
φεῦγε διχοστασίην καὶ ἔριν, πολέμου προσιόντος.
μὴ κακὸν εὖ ἔρξῃς, σπείρειν ἴσον ἐστ' ἐνὶ πόντῳ.
ἐργάζου μοχθῶν, ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς.
πᾶς γὰρ ἄεργος ἀνὴρ ζώει κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν.

μηδ' ἄλλου παρὰ δαιτὸς ἔδοις σκυβάλισμα τραπέζης,
ἀλλ' ἀπὸ τῶν οἰκείων βίοτον φάγοις ἀνύβριστος. (ζῆς,
εἰ δέ τις οὐ δεδάηκε τέχνην, σκάπτοιτο δικέλλῃ·
ἔστι βίῳ πᾶν ἔργον, ἐπὰν μοχθεῖν ἐθέλῃσθα.
ναυτίλος εἰ πλώειν ἐθέλεις, εὐρεῖα θάλασσα.
εἰ δὲ γεοπονίην μεθέπειν, μακραί τοι ἄρουραι.
οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον,
οὐδ' αὐτοῖς μακάρεσσι. πόνος δ' ἀρετὴν μέγ' ὀφέλλει.
μύρμηκες γαίης μυχάτους προλελοιπότες οἴκους,
ἔρχονται βιότοιο κεχρημένοι, ὁππότ' ἄρουραι
λήϊα κειράμεναι, καρπῶν πλήθουσιν ἀλωὰς,
οἱ δ' αὐτοὶ πυροῖο νεοτριβὲς ἄχθος ἔχουσιν,
ἢ κριθῶν. αἰεὶ δὲ φέρων φορέοντα διώκει.
ἐκ θέρεος ποτὶ χεῖμα βορὴν σφετέρην ἐπάγοντες
ἄτρυτον. φῦλον δ' ὀλίγον τελέθει πολύμοχθον.
κάμνει δ' ἠεροφοῖτος, ἀριστοπόνος τε μέλισσα.
ἠὲ πέτρης κοίλης κατὰ χηραμὸν, ἢ δονάκεσσιν.
ἢ δρυὸς ὠγυγίης κατὰ κοιλάδος ἔνδοθι σίμβλων.
σμήνεσι μυριότρητα κατ' ἄνθεα κηροδομοῦσα.
μὴ μείνῃς ἄγαμος, μή πως νώνυμος ὄληαι.
δὸς δέ τι φύσει καὐτὸς, τέκε δ' ἔμπαλιν, ὡς ἐλοχεύθης.
μὴ προαγωγεύσῃς ἄλοχον, σέο τέκνα μιαίνων.
οὐ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα.
μητρυιῆς μὴ ψαῦε γε δεύτερα λέκτρα γονῆος,
μητέρα δ' ὡς τίμα, τὴν μητέρος ἴχνια βᾶσαν.
μηδὲ κασιγνήτης ἐς ἀπότροπον ἐλθέμεν εὐνὴν,
μηδ' ἐπὶ παλλακίσι πατρὸς λεχέεσσι μιγείης.

μηδὲ

μηδὲ γυνὴ φθείρῃ βρέφος ἔμβρυον ἔνδοθι γαστρός.
μηδὲ τεκοῦσα κυσὶ ῥίψῃ, καὶ γυψὶν ἕλωρα.
μηδέ τις ἧ ἀλόχῳ ἐγκύμονι χεῖρα βάληται.
μηδ' αὖ παιδογόνον ποτὲ τέμνειν ἄρσενα κοῦρον.
μηδ' ἀλόγοις ζώοις βατήριον εἰς λέχος ἐλθεῖν.
μηδ' ὕβριζε γυναῖκα ἐπ' αἰσχυντοῖς λεχέεσσι.
μὴ παραβῇς εὐνὰς φύσεως εἰς κύπριν ἄθεσμον.
οὐδ' αὐτοῖς ἄνδρεος ἄρσην συνέβαδεν ἐς εὐνήν.
μηδέ τι θηλύτεραι λέχος ἀνδρῶν μιμήσαντο.
μηδ' ἐς ἔρωτα γυναικῶν ἄπας ῥεύσῃς ἀκάθεκτον.
οὐ γὰρ ἔρως θεός ἐστι, πάθος δ' ἀΐδηλον ἁπάντων.
μηδὲ κασιγνήτων ἀλόχων ἐπὶ δέμνια βαίνειν.
στέργε τεὴν ἄλοχον. τί γὰρ ἡδύτερον καὶ ἄρειον,
ἢ ὅταν ἀνδρὶ γυνὴ φρονέῃ φίλα γήραος ἄχρι,
καὶ πόσις ᾗ ἀλόχῳ; μηδ' ἐμπέσῃ ἄνδιχα νεῖκος.
μηδέ τις ἀμνήστευτα βίῃ κούρῃσι μιγείη.
μηδὲ γυναῖκα κακὴν σοῖσιν οἴκοισιν ἄγεσθαι.
λατρεύεις δ' ἀλόχῳ, λυγρῆς χάριν εἵνεκα φερνῆς.
ἵππους δ' εὐγενέας δίζεσθαι μὲν κατὰ οἶκον.
ταύρους δ' ὑψιτένοντας, ἀτὰρ σκυλάκων πανάγρους,
γῆμαι δ' οὐκ ἀγαθὴν ἐριδαίνομεν ἀφρονέοντες;
οὐδὲ γυνὴ κακὸν ἄνδρ' ἀπαναίνεται ἀφνεὸν ὄντα.
μηδὲ γάμῳ γάμον ἄλλον ἄγῃς, ἐπὶ πήματι πῆμα.
παισὶ δὲ μὴ χαλέπαινε τεοῖς, ἀλλ' ἤπιος ἴσθι.
ἢν δέ τι παῖς ἀλίτῃ, κωλυέτω ὑέα μήτηρ.
ἢ καὶ πρεσβύτατοι γενεῆς, ἢ δημογέροντες. (την.
μὴ μὲν ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν πλοκαμῖδος χαί-

μὴ κορυφὴν πλέξῃ, μήθ᾽ ἅμματα λοξὰ κορύμβων.
ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμη, χλιδαὶ δὲ γυναιξί.
παιδὸς δ᾽ εὐμόρφου φρουρεῖν νεοτήσιον ὥρην.
πολλοὶ γὰρ λυσσῶσι πρὸς ἄρσενα μῖξιν ἔρωτος.
παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι,
μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς.
κάλλος δυστήρητον ἔφυ παίδων τοκέεσσι.
συγγενέσιν φιλότητα νέμοις, ὁσίην θ᾽ ὁμόνοιαν.
αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους. εἴκειν δὲ γέρουσιν
ἕδρης καὶ γεράων πάντων. γενεῇ δ᾽ ἀτάλαντον
πρέσβυν ὁμήλικα πατρὸς ἴσαις τιμαῖς γέραιρε.
γαστρὸς ὀφειλόμενον δασμὸν παρέχου θεράπουσι,
δούλῳ τακτὰ νέμοις, ἵνα τοι καταθύμιος εἴη.
στίγματα μὴ γράψῃς ἐπονειδίζων θεράποντα.
δοῦλον μὴ βλάψῃς τι κατηγορέων πρὸς ἄνακτα.
λάμβανε καὶ βουλὴν παρ᾽ οἰκέτου εὖ φρονέοντος.
ἁγνεῖαι ψυχῆς σου σώματός εἰσι καθαρμοί.
ταῦτα δικαιοσύνης μυστήρια, οἷα βιοῦντες
ζωὴν ἐκτελέοιντ᾽ ἀγαθὴν μέχρι γήραος οὐδοῦ.

Τέλος τῶν τοῦ Φωκυλίδου ἐπῶν,
καὶ θεῷ δόξα.

VERSVS DE PHOCYLIde, facti è Græcis Latini.

Vitam bene, Phocylides, qui finijt,
Vt Chriſtomyſtes, magnus atq; apoſtolus,
Oraculorum auditor ut cæleſtium,

Atq; optimarum ut actionum dux ſacer,
Hæc dicit Euangelicè, & exarat piè,
Quæ commodi multum afferunt uiuentibus.

DE EODEM ALII.

Numinis hæc plenus monſtrat cœleſtia dona,
Phocylides, nulli cuius ſapientia cedit.

PHOCYLIDIS POEMA ADMONITORIUM.

FVrtiuam uita Venerem, tædaſq; uiriles.
Mitte dolos, ſeruaq; manus à ſanguine puras.
Ne malè diteſcas, de iuſtè uiue paratis.
Sis contentus eo quod adeſt, aliena nec auſer.
Et uerum loquitor, nunquam mendacia dicas.
Principiò uenerare Deum, cole deinde parẽtes.
Fac iuſtè cunctis: ne te fauor abſtrahat ullus.
Ne ſpernas inopem, aut perſonæ deditus eſto.
Iudicio ſi quem falles, Deus ipſe rependet.
Sis teſtis uerax, & ne non iuſta loquaris.
Sis caſtus, rebuſq; fidem ſeruato gerendis.
Vtere menſuris (ornat modus omnia) iuſtis.

Libram ne pulſes, æqualem ſed trahe ſemper.
Ne iuſiurandum uiola nolens'ue, uolens'ue.
Nam Deus æternus periurum quemlibet odit.
Ne ſata fureris: res execrabilis hæc eſt.
Mercedem ſoluas, inopē ne ſupprime quenquam.
Linguam contineas, arcanum in pectore cela.
Ne fac iniuſtè, nec non facientibus obſtes.
Des inopi citò, nec redeat cras ille iubeto.
Plena dona manu præbens, miſeretor egeni.
Errantem excipias, cæco dux eſto uiarum.
Nauifragis miſerere: uia eſt incerta per undas.
Incautum ſerua, lapſuro porrige dextram.
Communes caſus, rota uita eſt, diuitiæq́;.
Si tibi opes fuerint, his auxilieris egeno.
Pauperibus des inde, Deus tibi quæ dedit olim.
Publica ſint uitæ iura, & concordia cuncta.
Ne cædis gladium, ſed cauſa ſume ſalutis.
Hoc non indigeas utinam per fas'ue, nefas'ue.
Namq; manum maculas, inimici ſanguine fuſo.
Vicinos agros mittas, ne limina tranſi.
Optima res modus eſt, miſeros trāſgreſsio lædit.
Nullius fructum creſcentem læſeris arui.
Sint in honore pares peregrini ciuibus ipſis:
Nam uaga paupertas omnes cum tempore tētat,
In ter-

In utraq; manent homines non ſemper eadem.
Mater auaritia eſt cunctorũ & cauſa malorum.
Decipit argentum mortales ſemper, & aurum.
Aurum pernicies uitæ, mala cuncta gubernans,
O' utinam nulli ſtudio mortalibus eſſes.
Nam pugnæ & cædes propter te, ſuntq; rapinæ:
Fratribus inuiſi fratres, natisq; parentes.
Pectore ne claudas aliudq;, aliudq; loquaris:
Ne'ue, ut per petras polypus, muteris ubiq;.
Iniuſtè quicunq; uolens facit, is malus eſt uir:
Qui nolens, aliter. cuiuſq; expendito ſenſum.
Nec uires, nec opes, nec te ſapientia tollat:
Vnus enim ſapiens Deus eſt, diuesq;, potensq;.
Ne'ue malis animum crucies, quæ præterierunt.
Nam factum nequit infectũ nunc amplius eſſe.
Nulli uim facias: iram compeſce ferocem.
Nam cædem nolens poſt crebros feceris ictus.
Quod ſuperat mediocre, bonũ non utile nobis.
Communes ſint affectus, prægrandia uita.
Non præluſtre bonũ prodeſt mortalibus unquã.
Ad turpes creber perducit luxus amores.
Faſtus opes ſequitur, ſequitur petulãtia magnas.
Peſtiferum uehemẽs animus facit ipſe furorem.
Ira cupit tantum, metam uehementia tranſit.

Eſt mala prauorũ, eſt imitatio recta bonorum.
In prauis nocet, in rectis audacia prodeſt. (get.
Virtutis grauis eſt amor, & mala Cypridos au-
Eſt inter ciues prudens uir magna uoluptas.
In potuq́; ciboq́; modum, ſeruáq́; loquendo. (eſt.
Optimus in rebus modus eſt, tranſgreßio praua
Et Momus caueas ſociorum, atq; inuidus eſſe:
Inuidia careant quòd cœli numina, florent.
Non Phœbo melius lumen ſoror inuidet ipſi,
Corporibus non terra locum cœleſtibus altum,
Non amnes pelagis: ſed agunt cõcordia ſemper.
Nõn ſtaret cœlum, ſcirent ſi iurgia Diui.
Turpia ne facias, exerce facta modeſti.
Ne'ue imitere malum, ſed iure iniuſta repellas.
Nam bene Suada iuuat, litem lis altera gignit.
Credere non debes, quàm finem uideris, antè.
Qui faciunt, illos pulchrũ eſt ſuperare, benignè.
Pulchrius in tenui menſa citò paſcitur hoſpes,
Quàm lauta, ſed ſuſpecta, nimiumq́; morante.
Erga inopem nunquam fias in fœnore acerbus.
È nido uolucres ne quis detraxerit omnes:
Pro pullis iterum ſed matrem linque fruendis.
Iudicia indoctis nunquam permittere debes.
Ars docto regitur, regitur ſapientia docto.

Ne

Ne rudis accedas doctrinæ limina magnæ:
Talem non capiunt, alijs non antè parati.
Aſſentatores cultores defuge menſæ:
Multi ſunt etenim ſocij potusq́; cibiq́;,
Tempus & obſeruãt, dum ſit quo uenter alatur:
Pauca ferunt ægrè, multis nequeunt ſaturari.
Ne credas uulgo: uarium & mutabile uulgus.
Non uulgus, non unda etiã cohibetur, & ignis.
Iuxta ignem fruſtra cor ne cruciere ſedendo:
Proq́; modo fac ſacra Deis. Modus optima res
Impartitor humũ nondũ poſt fata ſepultis. (*eſt.*
Ne iuſtorum aperi tumulos, ſoliq́; tegenda
Ne monſtres, & commoueas tibi numinis iram.
Harmoniã non eſt hominis diſſoluere pulchrum.
Et citò ſperamus de terra in lumen ituros.
Relliquiæ uita functorum numina fiunt:
Nam remanent animæ poſt mortẽ labe carẽtes.
Spiritus eſt & imago Dei, & mortalibus uſus.
Sumpſimus è terra corpus, puluisq́; ſoluti
Morte ſumus: cœlo eſt ſed ſpiritus inde receptus.
Ne parcas opibus: mortalem te eſſe memento.
Diuitias nemo ſecum portabit ad Orcum.
Mors æquat cũctos, animas Deus ipſe gubernat.
Communis patria eſt æterni regia Ditis:

Huc reges ueniunt omnes, huc uulgus egenum.
Vita breuis noſtra eſt, & certã durat in horam.
Mors animam tollit nunquam, lædit ue ſenecta,
Ne dolor in duris, in lætis gaudia turbent.
Sæpe etiam in uita firmis non fidere fas eſt.
Temporibus ſerui, ne flatumq́; obijce uentis.
Emergitq́; malum ſubitò, ceſſatq́; ſolutum.
Ne reddas tragico mentem ſermone furentem.
Quæ cunctis multum, lenis ſit dictio, prodeſt.
Arma uiro ſermo eſt plus, q̃ penetrãtia, ferrum.
Arma dedit ſua cuiq; Deus: pernicibus alis
Per cœlum tranant uolucres: roburq́; leones,
Cornua taurus habet, natiuum ſpicula geſtant
Robur apes, homini ſunt propugnacula ſermo.
Quem diuina parit, ſermo, ſapientia, regnat.
Natura, ſapiens, robuſto iudice præſtat.
Agros ac urbes regit, & ſapientia nauem.
Non debet tutus clam uir malefactor haberi:
Sed malè quiſquis agit, ꝓcul amoueatur oportet.
Sæpe boni prauis miſti, moriuntur ut illi.
Depoſitum, quod ſubtractũ eſt, ne ſuſcipe furto.
Accipiens furti, & faciens, damnãdus uterq; eſt.
Cuiq; ſuum tribuas: excellit in omnibus æquũ.
Cuncta time incipiẽs, metam ne tranſgrediaris.

Ne tra-

Ne tractes hominis uictum iumenta ſurenter.
Iumentum prolapſum inimici fortè leuato.
Ne fugias hominem errantem terrá ue, marí ue.
Nanciſci longè, quàm inimicũ, præſtat amicum.
Incipiens abſcinde malum, medicator & ulcus.
Ne quem carne cibes putrida: uelocibus illam
Sed linquas canibus, fera ueſcaturq́; ferina.
Nulla uenena pares, magicos & defuge libros.
Infantum ne tange manum uiolentius æquo.
Et rixas belli fugitato, diſsidiumq́;.
Ne benefac prauo: ſic dantur ſemina ponto.
De proprio ut uiuas, duros tractato labores:
Namq; piger manibus uitam ſuſtentat iniquis.
De cœna alterius menſæ ne percipe ſordes:
Sed te paſce tuis, ignominiaq; carebis.
Artem qui didicit non ullam, foderit ille.
Quod facias, non deſit opus, ſudare uolenti.
Si tractare uoles remos, eſt æquor apertum:
Si terræ cultura placet, ſunt grandia rura.
Nil bene, ſi deſit, geritur, ſudorq́;, laborq́;,
Non ipſisq́; Deis: uirtus ſudore iuuatur.
Victum, deſertis antris telluris, egentes
Formicæ uadunt, redeuntq́; per inuia, quando
Deſectæ campis complent nunc horrea fruges.

Hordea conuectant, tritici uel grana, labore
Aßiduo, ſequiturq́; ferens ſua dona ferentem,
Inq́; hyemem uictum propriũ de meſſe reponũt,
Impigrum paruumq́; genus, multiq́; laboris.
Tractat apis ſtudioſa ſuum prudensq́; laborem,
Siue cauæ in petræ ſpeleo, in arundinibus'ue,
Aut in uentre caui iucundo roboris antro,
Floribus efficiens beneolentia cerea tecta.
Ne maneas cœlebs, pereas ne inglorius olim.
Tu quoq;, ut es genitus, naturam gigne ſecutus.
Vxorem ne proſtituas, ne pollue prolem.
Nam ſimiles lectus pueros non gignit adulter.
Ne uiola ſobolem natam de matre nouerca.
Vt matrem cole, quæ graditur ueſtigia matris.
Et uetitum caueas intrare cubile ſororis.
Et cum pellicibus patris concumbere noli.
Nec mulier fœtum tenerum corrumpat in aluo:
Nec partũ canibus det, uulturibus'ue uorandũ.
Vxoriq́; manus grauidæ non afferat ullus.
Nec marem caſtres, natum generare ualentem.
Et pecudum uenerem fugito, ratione carentum.
Quæ ratione carent animalia tangere noli.
Et ne deformes uxorem, factus adulter.
Legitimam retine uenerem, uetitamq́; caueto.
Nec

Nec mas in turpi eſt iunctus cum mare cubili,
Et partes mulier ſumat ſibi nulla uirorum.
Et ne in fœmineũ ſoluaris totus amorẽ. (mẽtis.
Namq; amor haud Deus eſt, ſed cæcæ agitatio
Vxorum fraternarum ne ſcande cubile.
Turpiter uxores fratrum ne tange tuorum.
Diligito uxorem. quid enim mage dulce, bonũq;,
Quam ſi fœmina amans in tempora ſera maritũ,
Atq; uir uxorem, concordia fœdera ſeruent?
Qui non eſt coniunx, nullam ui tangere debet.
Fœmina praua tuas tibi nec ducatur in ædes.
Vxori nec te faciat donatio ſeruum. (bos,
Perq; domũ nec equos quæras, taurosq; ſuper-
Et propter natos, & nobilitate feroces.
Iungere non autem nobis conamur honeſtam:
Nec mulier prauum, ſi diues, reſpuit, ille eſt.
Nec debes nuptã nuptæ, damnũ addere damno.
Ne ſis prædurus pueris, ſed mitior eſto.
Filioli mater peccatum puniat, aut qui
Sunt generis primi natu, populi'ue potentes.
Ne mari puero calamiſtris ure capillos,
Nec ſummis nodos, nec des crinale capillis,
Nõ decet, ut iuuenes ita ſint, ut fœmina, compti.
Cuſtodi puerum pulchrum florentibus annis.

Nam

Nam rabies maris multos inflammat amore.
Clauſa tibi uirgo thalamis ſeruetur honeſtis,
Nec ſinito hanc ad connubium foris uſq; uideri.
Aegrê ſeruatur puerorum forma parenti.
Dilige cognatos, & idem ſentito, quod ipſi.
Obſerua canos, cedas de muneribusq́;,
Deq́; loco ſenibus, natuq́;, & ſtirpe, ſenemq́;
Aequali ſimilem tractabis honore parenti.
Præbe, quod uentris debetur iure, miniſtris,
Et ſua da ſeruo: ſic te quoq; ſeruus amabit.
Ne' ue inſcribe notas, hæc ſunt opprobria, ſeruo.
Ne defer ſeruum regi: ſic læditur ille.
Conſilium, rectè ſi ſentit, & accipe ſerui.
Hæc animamq́; tuam purgant arcana, piantq́;
Iuſtitiæ, corpus: quorum qui iuſſa ſequuntur,
Fœlicem poterunt hi totam degere uitam.

ARGVMENTVM POEmatis Phocylidis.

Phocylides & Pythagoras uixerunt eodē tempore: ſed Phocylides ante Pythagorā clarus fuit, ſicut teſtatur Euſebius. *Ille floruit* Olympiade 60. *hic* Olympiade 63. *Floruerunt tum etiam Pherecydes, magiſter Pythagoræ,* Theognis, Simonides, *Anacreon, poetæ:* Piſiſtratus *Athenienſium tyrānus, paulo pòſt quàm* Crœſus *à* Cyro *captus eſt:* & Hie-

& Hieremias in Iudæa docuit. Suidas in uno tantum anno uariat ab Euſebio: ſcribit enim, ſimul uixiſſe Phocylidem & Theognidem Olympiade 59. mille quadraginta ſeptem annis poſt Troianū bellum. Is præterea ſic ſcribit de Phocylide: ἔγραψεν ἔπη, καὶ ἐλεγείας, παραινέσεις, ἤτοι γνώμας, ἅς τινες κεφάλαια ἐπιγράφουσιν, εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν σιβυλλιακῶν κεκλεμμένα. *Diogenes non multum ab Euſebio & Suida recedit, quod ad tempus Pherecydis & Pythagoræ attinet. De Pythagora ſimilia ſcribit Plutarchus in uita Numæ, & Cicero multa in præfatione quarti lib. Tuſculan. quæſt. Cæterùm hoc poema, quod Suidas Capita fuiſſe inſcriptum teſtatur, præcepta continet de bonis moribus, & honeſtè uiuēdo: quæ quidem ex media humanitate, & philoſophia morali, aut iure naturæ deſumpta ſunt. Quare debent pueris & adoleſcentibus, imò ſenibus etiam, quàm cōmendatiſſima eſſe. Eſt enim uelut primus gradus ad honeſtatem & uirtutem, ſcire quæ ſint facienda. quod egregiè docetur in hoc poemate. Eius generis ſcripta ſunt apud nos, Catonis carmen, & Mimi, libri Ciceronis de Officijs. quanquā non tantum nudæ in illis ſententiæ recitantur, ſed illuſtratæ rhetoricè, & cōtinua quadam oratione, contrà quàm in his & ſimilibus libris. Apud Iudæos, Prouerbia Salomonis, Eccleſiaſticus: apud Græcos, Theognidis ſententiæ, ple*

raq;

raq; in Heſiodi poemate, dicta Sapientum, & Pæræneſis Iſocratis ad Demonic. Quanquã hoc eſt diſcriminis inter Latina, & Græca, & Iudaica, quòd hæc de pietate Chriſtiana & uera religione habent aſperſa pleraq;, illa non habent. Ad huiuſmodi ſcriptum referri debent, quæ paſſim in autoribus tum prophanis, tum ſacris occurrunt, de uirtute & officijs tradita. Multa autem in multis cuiuſcunque generis ſcriptoribus inueniuntur, ſed tamen obiter ferè tantum tractata. Sunt autem talia dicta & ſententiæ diligenter obſeruandæ, & annotandæ, & ediſcendæ in autoribus: non tantũ ideo quòd formant pectus & animum, ſed hanc etiam ob cauſam, quòd uelut ſyluam quandam dicendi & ſcribendi cõtinent, & admonent nos in ſcribendo & dicendo de uarijs rebus, & plurimũ faciũt ad copiam & ubertatem, ſine qua iacet & uelut mortua eſt omnis oratio. Et tanto magis in hoc & ſimilibus ueteribus autoribus hoc faciendum eſt, quòd uetuſtas ſuam quandam reuerentiam aut religionem habet: ac plus mouent omnino, quæ à ueteribus ſunt dicta, & altius in animum demittũtur, ac ſunt gratiora, quàm quæ ſunt à recẽtibus dicta. Præterea de titulo ſciri debet, νουθετικὸν dici poema, & παραινέσεις, ex eo, quòd nuda præcepta in eo tantũ ſunt. Significat enim παραίνεσις propriè tale præceptum, quod eſt uelut exutum omnibus orna-

ornamentis rhetoricis, breue, atq; ad ſtatuendum magis comparatum, quàm ad perſuadendum: cuiuſmodi ſunt etiã præcepta Decalogi. quanquam breues cauſæ aliquando adduntur, ut hic ſæpe fit. Et quidem ubi de diſcordia uitãda, & laborando Poeta præcipit, propemodum aſſurgit in adhortationem. νουθέτημα ferè eſt idem, & eſt factum uocabulum à νοῦς, mens, & τίθημι: propterea quòd tales ſentẽtiæ monitoriæ, ſeu iubentes breuiter aliquid fieri, uelut mentem ſtatuant, & collocent tanquam in certa ſede, aut loco. Quod autem tale quiddam ſignificet παραίνεσις propriè, teſtatur Iſocrates in libello ad Demoncium, in quo prorſus etiam huius farinæ dicta continentur, cum inquit, faciens diſcrimẽ inter παράκλησιν & παραίνεσιν: διόπερ ἡμεῖς οὐ παράκλησιν εὑρόντες, ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες, &c. Item in Nicocle, his uerbis: προτρέπετε τοὺς νεωτέρους ἐπ' ἀρετὴν μὴ μόνον παραινοῦντες, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς πράξεις ὑποδεικνύοντες αὐτοῖς. Itaq; νουθετικὸν ego Admonitorium uerti, quòd non eſſet aliud commodius uocabulum: niſi uoluiſſem dicere Præceptorium, aut iuſſorium, quod neſcio an ſatis latinè potuiſſet etiam fieri.

ENAR-

ENARRATIO POEMATIS PHOCYLIDIS.

Μήτε γαμοκλοπέειν.)

NON à deorum cultu Phocylides exorſus eſt, ut fecit Pythagoras, ſed à præceptis de quibuſdam grauibus peccatis uitādis. Quanquam ipſe poſtea, cum ad eum locum uenit, docet ante omnia Deum colendū eſſe. ut ſuſpicer etiam tranſpoſitos eſſe hos initij uerſus, & initium carminis fuiſſe, πρῶτα θεὸν τίμα, &c. Sed hæc nihil admodum ad rem faciunt: & curioſitas tantum, aut ſuperſtitio eſt, talia diligentius inquirere. γαμοκλοπέειν autem uox eſt facta à γάμος & κλέπω, uel κλέπτω, & intelligere uidetur omnem illicitam uenerem: niſi putetur ſingulariter prohibere illam, quam recentiores Theologi molliciem appellant. Cæterùm infinitiui ponuntur loco imperatiuorū, Ionico more, ubi deeſt imperatiuus. & eſt hæc figura poetis Græcis uſitatiſſima. Eſt & hoc Ionicum, γαμοκλοπέειν, pro contracto γαμοκλοπεῖν.

παρεῦσι.) Dictum eſt, ε interpoſito, per epentheſin.

ψεύδεα.) pro ψεύδη, Ionicè reſoluta contractione: & ἐτήτυμα, pro ἔτυμα.

σεῖο

σεῖο γονῆας.) pro σῦ: & primitiuum eſt poſitum pro poſſeßiuo. quod etiam in proſa Græci faciũt: ut, πατὴρ ἡμῶν, pro ἡμέτερος.

μὴ ῥίψης πε. &c.) ῥίψης, pro ἀποῤῥίψης. & πενίην, pro πένητα, mutatione ſpeciei. ſicut Terentius, ſcelus pro ſceleſto ponit. ut nos dicimus, die armůt iſt veracht.

παρθενίην τηρεῖν.) Non eſt generale præceptum hoc, ſi propriam habeat ſignificationẽ παρθενίην, aut referatur ad totam uitam. Si enim ſeruaretur, interiret humanũ genus. Sed aut caſtitas generaliter præcipitur, aut uirginitas uſq; ad matrimoniũ, & in matrimonio fides coniugalis. quam quam poteſt eſſe, & quidem melius, commendatio quædã uirginitatis. Eſt enim coniugiũ plenũ moleſtiarũ, & impedit homines in gerendis rebus, in diſcẽdo, in docẽdo, & in curãdis omnibus ijs quæ ad religionẽ pertinent. Sicut etiã Paulus in prima epiſt. ad Corint. docet, cum ait: Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt de ijs quæ Domini ſunt, quomodo placiturus ſit Domino: qui uerò habet uxorem, ſolicitus eſt de ijs quæ mũdi ſunt, quomodo ſit placiturus uxori. Verùm iſta conditio debet addi, niſi repugnet imbecillitas naturæ, aut animi quædã libido. Non enim peccat is qui uxorẽ ducit: imò is peccat, qui cum non uult, aut nõ poteſt abſtinere, nõ ducit uxorẽ. Melius eſt enim, ut idẽ Apoſtolus

ait, contrahere matrimonium, quàm uri. Et quanquam eſt melius quiddam, cœlibatus caſtus, quàm matrimonium: non tamen cogēdi ſunt homines ad cœlibatum, & non eſt eis propterea laqueus inijciendus, ut loquitur Paulus: ſed tota res debet eſſe libera, ſi nullum tamen ſit impedimentum.

ςάθμον μὴ κρούειν.) Turpiſsimū genus doli eſt, *& callidiſsimum apud mercatores, hoc, de quo uitādo hic præcipitur. Solet enim pulſari ab illis deceptoribus libræ iugū, ut lanx, in qua merx eſt poſita, præpōderet alteri lanci, in qua pōdus eſt collocatum, etiamſi pōdus ſit legitimū.* Debet autem *accōmodari præceptum ad omnes dolos, qui peraguntur ponderādis rebus.* De quibus uitandis diligenter Salomon etiam in Prouerbijs præcipit.

μήθ' ἀγνῶς.) Coactè, non liberè, aut non uoluntariè, ſignificat hoc loco *ἀγνῶς*. Qui enim ui co*actus, aut metu peierat, purè, quod propriè ſignificat hæc uox Græcis, uidetur hoc facere, & habere excuſationē: quam tamen nō habet, cum ueritati & diuino honori uita etiā poſtponi debeat. quanquam hic mitius peccat, quàm ille alter, qui aſſentitur malo, aut delectatur eo quod ꝑ ſe peccatū eſt.*

σπέρματα μὴ κλέπτειν.) De incantatoribus & *ueneficis hoc debet intelligi.* Nam iſti, ut alias res, *ita ſemina quoq; carminibus ex agris alienis auertūt, ne quid naſcatur, uel ex odio, uel ex auaritia,*

uel

uel aliâ de cauſa quacunq;. Notũ eſt, quòd noſtris tẽporibus aliquãdo ſagæ intercipiunt lac, butyrũ, quæ alij debebãt capere: ſuccũ pecori ſubtrahunt: tonitrua, fulmina, grandines efficiunt, & omnino uariè tempeſtates mutant. Iſtiuſmodi multa recitat Lucanus in 6. lib. Quid autẽ de iſtis rebus ſentiendum ſit Chriſtianis, non eſt huius loci tractare.

μισθὸν μοχθήσαντι.) Quantũ ſit flagitiũ, non modò peccatũ, aut non plenã, aut prorſus nullam dare mercedẽ operario, uel hoc oſtendit, quòd plerunque pauperes ſunt huius generis homines: & pauperibus addendum potius aliquid erat, quàm detrahendũ. Præterea per ſe quiddam præſtantius eſt labor, aut opera, quàm quod pro labore uel opera dari ſolet: niſi labor pro labore, aut opera pro opera detur, quod rarò fit hoc modo. Grande genus eſt hoc iniuſtitiæ: quod ut ſignificanter exprimerent recentiores Theologi, nonnulli peccatum in cœlum clamans appellauerũt. ἐχέμεν, pro ἐχέμεναι, & hoc pro ἔχειν, cõſuetudine Dorica.

μήτ' ἀδικεῖν.) Nec ab alijs fieri alijs iniuriã, debemus ferre, ſed hoc impedire, quantũ poteſt fieri, pius: nõ tantũ ipſi nec facere, nec faciẽtes adiuuare.

πτωχῷ δ'.) Seneca præcipit, beneficium hilari uultu eſſe dandum, & faciliter, & ſine interceſſore. Mimus inquit: Bis eſt gratum, quod opus eſt, ultro ſi offeras. Item S. Paulus: Hilarem datorem

 diligit

diligit Deus. Id *copioſè hic poeta nouem uerſibus explicauit: multis enim rebus & modis homines iuuari poßũt.* In *hoc numero ſextus uerſus eſt γνώμη, id eſt, generale quoddã dictũ, ad mores pertinens: ac docet, cõmunes miſerias omniũ hominum eſſe, incertã uitã, & caducas ac fluxas opes.* Atq; *eſt hæc ſententia, cur diuites & potentes debeant inopibus & infirmis opitulari. cauſa:* Nihil *enim eſt ſecundũ philoſophiam, tum ad hoc perſuadendum hominibus, ut miſeros adiuuẽt: tum ad retundendam ferociã & ſuperbiam & crudelitatẽ efficacius, quàm crebra mentio communium calamitatum, & illorum uelut demonſtratio, qui ex diuitibus pauperes, ex potẽtibus imbecilles, ex felicibus miſeri, ex robuſtis infirmi facti ſunt, adeoq; ex alto loco in humilem ſunt detracti. ſicutècontra nihil uehementius homines conſolatur, quàm cum aut hæc, aut ſimilia carmina occinimus eis:*

Non *ſi malè nunc, & olim ſic erit.*

O' *paßi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.*

ἐλπίδες ἐν ζώοισιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

Ad hunc uerſum pertinẽt, quæ multa philoſophi & poetæ ſcripſerunt de miſerijs humanæ uitæ. ut cum dicitur: Homo *bulla, umbræ ſomnium, fumi umbra: & alia, quæ ne quidẽ enumerari poſſunt.* Obſerua *lector, πάθη ſignificare in hoc loco miſerias, aut caſus, id eſt, quæ poſſunt hominibus accidere*

dere: quæ Græci alioqui παθήματα: & συμφορὰς, & alijs nominibus appellant. Hoc addidi propterea, quòd πάθος ferè Græcis affectionem uel animi, uel corporis aliã non paulo ſignificet. Nonus uerſus eſt uelut ſumma quędã, & expoſitio præcedentium, ubi iubet uitam eſſe communem, aut res ad uitam pertinentes: & præcipit, ut omnia ſeruent concordiam. Loquitur autem de cõmunione quæ cõſiſtit in iuſtitia cõmutatiua, & ſtudio quodam, ac propenſione adiuuandorũ aliorum. Si enim de illa Platonica, aut Socratica potius cõmunione loqueretur, fruſtra eſſent tradita reliqua præcepta, quæ nõ poſſunt exiſtere ſine rerũ proprietate: ut eſt de non furando, de mercede ſoluenda operario, & præter alia multa, quod hic dicitur de diſcrimine diuitum & pauperũ. Non enim uetat alios eſſe diuites, alios pauperes: ſed iubet diuites pauperibus de ſuo ſuccurrere. Quod in altera parte uerſus dicitur de concordia, notum eſt, ſine hac animorum adiunctione hominibus non poſſe bene eſſe. Et huc pertinet, quod Saluſtius dicit: Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. Eleganter hæc res etiam depicta eſt in quadam fabella Aeſopi, ubi ſinguli filij cuiuſdam ruſtici finguntur non potuiſſe frangere faſciculum uirgarum, à patre in medium poſitum, uniuerſi uerò facere illud facillimè.

τὸ ξίφος ἀμφιβαλεῖ.) Defendēdæ uitæ cauſa gladium geſtandū eſſe, non ut alius homo lædatur, aut occidatur, hi uerſus præcipiūt. Tantū enim eſt flagitium, occidere hominē, ut is etiam, qui ſuum inimicum, & iuſtam ob cauſam occiderit, ſe nonnihil cōtaminet. Eſt enim per ſe res fœda & horribilis, humano ſanguine hominē aſpergi: & hauddubiè non parum & mores lædit, & conſcientiā turbat, quanquam leges & iura permittūt interficere hominem, ad uim depellendā, & conſeruandam cuique ſuam uitam. Et hoc eſt, quod Germani quoq; habent in uulgari dicto, geſtandum eſſe gladium ſexaginta annos, propter unam malā horam: hoc eſt, ut uis arceatur, quæ poteſt ſemel incidere in tam longo tempore. Quanquam optandum eſt, ut nunquam ſit opus gladio: ſicut hic etiam humaniſſimè ſcribitur. Cæterùm σέο pro σοῦ, & ἀπόσχεο pro ἀπόσχου ſunt poſita.

ἄγχου γεί. &c.) Non eſſe transferēdos terminos, aut etiam ullo alio modo lædendū uicini aruum dicit. Et additū eſt generale dictū, uelut cauſa: quod tamen per ſe ad omnes actiones humanas pertinet, ac totā uitam hominū regere debet. Nihil enim aliud ſunt uirtutes omnes, quæ hominis naturæ maximè cōueniunt, quàm uel μέτρον, uel μεσότης, id eſt, mēſura, uel modus, & mediū, uel medietas. Maluit enim Ariſtoteles uti poſteriore, tametſi res eadem

ſtem utroq; ſignificatur. & eſt quidē prius, ut hic, & in alijs ueteribus poetis apparet, uetuſtius nomen in huius rei ſignificatione. Ariſtoteles ad punctum, quod eſt in medio aſſeris, aut maceriei, uerſus quam tela iaciūtur in exercitijs ſagittarijs, ſuæ uirtutis appellatione reſpexit. Veteres ad metam quandā, aut ſepta, extra quæ, ſecundū prouerbiū, non eſt ſaltandū. Ac ideo ſequitur hic, ὑποσβατίαι ἀλεγεινχί. Sic enim debet, ut puto, ſcriptum eſſe.

ἔστωσαν.) De tractādis peregrinis hi tres uerſiculi præcipiunt. Eſt autem humaniſſimū, quòd dicit, pari honore cum ciuibus afficiēdos eſſe. Et addit cauſam: quia nemo ſit, quem non oporteat aliquādo aliò proficiſci, nec ulli certū & perpetuum eſſe domiciliū. ita ut hic locus referēdus ſit ad hoc dictum Mimi: Ab alio expectes, alteri quod feceris. & hoc Euangeliſtæ: Omnia ergo quæcūq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis.

ἡ φιλοχρημοσύνη.) Quàm fœdum & miſerum, quàm ſordidum & indignum natura hominis uitium ſit auaritia, pluſquam ſatis declarant exempla: uerſantur enim quotidie nobis ob oculos. Hāc Poeta docet fugiendā eſſe, dicitq; matrem eſſe uniuerſæ iniuſtitiæ. Tale quiddam enim puto ſignificari uocabulo κακότητος hoc in loco. Pugnat enim hæc peſtis cum iuſtitia maximè: naſcunturq; ex ea, quæcunque cum iniuſtitia coniuncta ſunt,

unà cum ipſa, doli, fraudes, inſidiæ, delationes, calumniæ, cõtumeliæ, cõuicia, iniuriæ, uanitas; periuria, furta, iurgia, rixæ, diſſenſiones, ſeditiones, bella, cædes, ſimiliaq; multa. Cæterùm quòd per quandam proſopopœiam hæc auro & argento aſſcribuntur, ita factum eſt, ut Stoici poſtea de his rebus, aut potius Academici poetæ, ac ſimiles auctores nonnulli diſputauerunt, malè tamen. Non enim uitiũ eſt auri, ſeu pecuniæ: ſed humanarũ cupiditatũ, non rectè uti illa. & per ſe, & ſua natura diuitiæ, quæ ſic propriè, cõmuniq; hominũ conſuetudine appellãtur, ſunt bonũ æquè, ac aliæ res, quibus homines utuntur in uita, & cõditæ à Deo. Quod uerò ad uſum hominum attinet, iam bonæ ſunt, iam malæ: & hoc poſterius, propter hominũ uitia frequẽtius. Atq; huc tantũ reſpiciũt, aut debebãt reſpicere, qui damnãt opes, ut hic fecit Phocylides. quãquã rhetoricè, ad abſtrahẽdos homines ab auaritia, philoſophi debẽt hæc aliter diſputare.

μηδ' ἕτερον κεύθ.) *Contra boni uiri officium eſt, aliud ſentire, aliud loqui: ſicut apertũ animum gerere, & candidũ, naturæ hominis maximè conuenit. Alterũ enim calliditatis eſt, ac dolum habet adiunctum: alterũ probitatis, & cum iuſtitia coniunctiſſimum. Quare Homerus etiam dicit, hunc ſe magis odiſſe, quàm portas inferorum, qui aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habeat:*

beat: ſicut Saluſtius latinè loquitur ex Homero. Sunt autem hi uerſus Homeri:

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσι,
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶ, ἄλλο δ' εἴπῃ.

Saluſtius hoc uitium ex ambitione deriuat. Ego duco nõ tantũ ex ambitione, ſed ex auaritia quoque, & alijs cupiditatibus, atq; adeò ex ipſa etiam malitia. Sunt enim homines, quos ipſum peccare delectat per ſe, non ex aliqua cauſa. quod uerò longiſsimè abeſt ab officio & natura hominis. Eraſmus ita hos duos uerſiculos elegantiſsimè & ſuccinctiſsimè conuertit:

Pectore ne'ue aliud celes, aliud'ue loquare,
Proq; loco uariere, petris ut polypus hærens.

Cæterùm polypus πετροφυὴς dicitur propterea, quòd in periculo adhæreſcit petris, & illarum colorem induit. de qua re nonnihil eſt in 29. cap. noni libri apud Plinium. Et Theognis ita inquit:

πουλύποδος νόον ἴσχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ
τῇ προσομιλήσει, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.

Quod præceptũ nihil cum hoc Phocylidis præcepto pugnat. Illic enim de prudentia expetẽda præcipitur, hîc de fugienda calliditate, mendacijs & dolis. Et nihil uetat, polypi mentem habere, ut in prouerbio dicitur: hoc eſt, mutare mores pro loco ac tempore, ſic ut abſit turpitudo, & hoc non facere decipiendi alterius gratia.

ὅστις ἑκὼν ἀδικεῖ, ἱκανός.) Sicut honeſta actio nõ eſt uirtus, niſi ex deliberatione quadã, & iudicio, ſeu uolũtate libera proficiſcatur: ita non eſt uitiũ, turpis actio, ſi uel caſu fiat, uel neceßitate. Quocirca rectè hic eſt additũ, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης οὐκ ὀρέω τὸ τέλος. quorũ uerborũ ſenſus eſt: Sed non ex neceßitate, ſcilicet qui iniuſtè facit, eſt malus uir. Et τὸ τέλος, aduerbialiter eſt poſitum, pro τελέως uel πάνυ: hoc eſt, Qui neceßitate quadã impulſus, iniuſtè facit, habet excuſationẽ. Propterea quoq; ſequitur, βουλὴν δ' σύθυως ἑκάστου. quaſi diceret, Nõ ſtatim pro malo uiro habeas eum qui fecit iniuſtè, ſed prius animũ eius explora, uolens ne fecerit, an coactus. Nunquã impropriè dicitur iniuſtè facere, qui coactus aliquẽ læſit, cum tota res de uirtutibus & uitijs, in uoluntate conſiſtat præcipuè.

μὴ γαυροῦ.) Hic locus monet uitandam eſſe inſolentiã & ſuperbiã in rebus ſecũdis, & non eſſe affligendum animũ propter mala præterita. Et ſunt additæ cauſæ prioris partis, quòd exigua ſint noſtra bona, uel potius nullius momẽti, ſi cõferantur cum ijs quæ Deus habet. Poſterioris, quòd factum non poßit fieri infectũ: nec iſto modo leniãtur mala, ſed alia illis addãtur. Pertinet autem hoc præceptum ad fortitudinẽ. Huius enim eſt officium, & ſuperbiam retundere, & deſperationem arcere: hoc eſt, moderari formidines & confidentiam.

μὴ

μὴ προπετὴς,&c.) *Præcipitātia, ſeu temeritas & ira, nunquā aut rarò felicem habent exitū. Pugnant enim cum modo, & magno impetu rapiunt homines ad ea deſignāda, quorū eos deinde pœnitet. Quare tum iræ ſunt uelut frena iniicienda, ut cohibeatur, nec erumpat in ultionē: tum ipſæ manus ſunt cohibendæ, nec inflammato ira animo debent obtemperare.* Id hic docetur. *quod ferè totidem uerbis apud* Horatium *eſt:*

— Animum rege: qui niſi paret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce cathena.

ἔςω κοινὰ πάθη, &c.) πάθη *ſignificat in hoc loco affectus, ſeu animi quendā habitū: paulo aliter quàm in hoc uerſu præcedēte,* κοινὰ πάθη πάντων, &c. *Vult autē* Poeta, *ut mediocria, non aūt ſumma cogitemus & ſperemus, aut faciamus etiā: quemadmodū dicitur* Germanicè, *Oben auß, vnd nirgent an. cum ne bonum quidem cōducat, ſi modum excedat. ſicut* Horatius *ſpeciatim loquitur:*

Inſani ſapiens nomen ferret, æquus iniqui,
Vltrà quàm ſatis eſt, uirtutem ſi petat ipſam.

Quæ adduntur de luxu & de uitijs, nota ſunt. Sine Cerere *enim, &* Libero, *ut inquit* Terentius, *friget* Venus. Et Iuuenalis *de uitijs:*

Prima peregrinos obſcœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt ſecula luxu
Diuitiæ molles. —

Sicut

Sicut enim deliciæ, ſeu luxuria alit ſtudium uolu-ptatum, & auget incõtinentiam: ſic opes tum in-citant ad uoluptates, ac ſuperbos, feroces & con-tumelioſos faciunt, præſertim quorum animi ſunt infirmi, & facilè poſſunt corrumpi. Porrò *quid ſit* θυμὸς, *dictum eſt antea:* Hoc autem intereſt *in-ter* θυμὸν *&* ὀργὴν, quod inter δυύαμιν *&* ἐνέρ-γειαν, *ſeu* ἐντελέχειαν apud Ariſtotelem. Eſt *enim* θυμὸς, *uis, aut magnitudo, aut elatio quædam, ſiue alacritas animi, &* propenſio *ad contemnenda pe ricula, propemodum id quod latinè dicimus auda ciam.* ὀργὴ, *quæ latinè ira dicitur, ipſe motus ani-mi, uel ardor, in certa ſpecie tamẽ, is qui factus eſt propter iniuriam, aut damnum acceptum.* θυμὸν *dicit poeta, facere* μανίαν, *id eſt, inſaniam, ſi non regatur ratione: ac rectè quidẽ.* Nihil *enim aliud eſt inſania, quàm audacia nimia, uel carẽs ratione prorſus periculorũ ſuſceptio.* ὀργὴ *etiam &* μῆνις *differunt. illud enim eſt leuius quiddã, aut remiſ-ſius: hoc grauius & uehementius.* Ira *tantum eſt ulciſcendi cupiditas, ut hic etiam dicitur* ὄρεξις. μῆνις, *quod habet adiunctum factum, & quidem non cõſentiens per omnia cum ratione.* Talis *ani-mi cõmotio fuit in* Achille, *quum propter priua-tam iniuriã uoluit omnes* Græcos *peſſum ire, nec potuit flecti ad humanitatem & miſericordiam.* Propterea *ſic dicit* Homerus *in* Iliados *initio:*

μῆνιν

μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος.

ζῆλος τῶν ἀγαθῶν, &c.) Imitationem tantum ſignificat hic ζῆλος, hoc eſt, honeſtam aut inhoneſtam æmulationem. Duplex enim hæc eſt, ut Cicero in Tuſculanis docet: honeſta, & eſt uirtutis imitatio: & uitioſa, quæ eſt dolor alicuius de eo, quòd ipſe careat eo quo alius potiatur. Suidas tantũ in laude putat eſſe ζῆλον, cum ait: ζῆλος ἀγαθοῦ τινος ἐπιθυμία φθόνου τινὸς χωρὶς ἐγγινομένη τῇ ψυχῇ. Cum quo conſentit hoc Iſocratis in Nicocle, μὴ ζηλοῦτε τοὺς πολλὰ κεκτημένους, &c. Et illud Heſiodi, ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων, &c. Ac ita partim eſt cupiditas, partim eſt imitatio quædã, non tamen ſine moleſtia, nec in uitio, niſi cum non ſeruat modum, in quacunq; re ſit, præter uitium. Hinc eſt ζηλοτυπία, quæ eſt æmulatio ex ſuſpicione de propria coniuge, quòd cum alio conſueſcat. Cicero putat, latinè obtrectationẽ dici hunc affectum, ſeu ægritudinem, quæ ſit ex eo, quòd alter quoq; potiatur eo quod ille ipſe concupierit. Eſt autem ſic dicta, quòd ſit uelut imago τοῦ ζήλου, hoc eſt, æmulationis honeſtæ. Eſt enim deſiderium, uel cupiditas, non libera tamen, ſed cõiuncta cum quadam inuidia, aut ſuſpicione, ac propriè erga uxorẽ. Germanicè uocatur eyfer. Transfertur ad alias tamen quoq; res, quæ ſimiliter cupiũtur, aut amantur, ſiue additam habeat inuidiam, ſiue non habeat: in ſacris præ-

ſertim

ſertim literis, ubi apud Græcos eſt uſurpatum ζῆλος, & ζηλώτης. Quanquã in talibus locis, ut mihi quidem uidetur, hæc rectius ad iram, quæ concipitur ex peccatis hominũ, aut indignationẽ, aut excitatione animi ad ulciſcendũ ſiue puniendum, cum ſtudio quodã corrigendi, referuntur. Idq; ſatis indicat ea quæ ſequuntur in Exodo, poſt uerba, Fortis zelotes, uiſitans iniquitatem patrum in filios, &c. Hæc enim uerba ſunt ſcientis, non ſuſpicantis; & quidem de iis qui iamdudũ ſunt mortui. In ſumma, ζῆλος Græcis propriè ſignificat æmulationem, hoc eſt, libidinẽ cum imitatione: in hoc tamen loco, tum bonæ rei, tum malæ: nõ, ut Suidas uult, bonæ tantum. quanquam ſine inuidia, quæ ut affinis eſt imitationi, ſic tamen eſt ab ea ſecreta. Idq; teſtatur Plato, cum inquit: πρῶτον μὲν ζῆλος, ἀπὸ ζήλου ὁ φθόνος. ſic etiam τόλμα in ſequente uerſu in utranq; partem accipitur. Apud Latinos audacia plerunq; in laude eſt: de uitio tantum dicitur temeritas & confidentia. quanquam hoc poſterius, ut Cicero docet, impropriè.

σέμνος ἔρως.) Multa ſunt in Platone de duplici amore, cùm alibi, tum in Sympoſio & Phædro. Quod autem dicitur de amore uenereo, ſic intelligatur, ut ille ſit turpis, aut turpitudinem iuuet, ut hic dicitur, aut quatenus cum uirtute pugnat. In coniugio enim per ſe, ut eſt licitus, ita honeſtus eſt, ac uelut

ac uelut uirtutis materia. In ſequēte uerſu, uiri prudentis laus continetur: eſt enim talis, uelut publica quædam uoluptas hominum, ſeu deliciæ: ut Titus Imperator *etiam dici eſt ſolitus.*

μέτρῳ μὲν φαγ. &c.) De modo & *mediocritate ſatis iam antea dictū eſt.* Nibil autē refert, *dicere ſiue modū, ſiue mediocritatē, ſiue medium, aut etiam menſurā, quod propriè græcū uocabulū* μέτρον *ſignificat.* Omnibus *enim iſtis, in talibus locis præſcriptū quoddam naturæ, & quod uelut præcipitur à recta ratione, ſignificatur: & in eo uirtutes omnes uerſantur, aut ſunt ipſiſſimæ uirtutes.*

μὴ φθονέοις, &c.) *Vitandā eſſe inuidiā, & diſcordiam, quæ ab illa excitatur, hic locus docet.* Et *eſt alter eorū qui ſunt paulo tractati copioſius &* ῥητορικώτερως. *Vtitur argumēto ab exemplo deorum & corporū cœleſtium, quod maximā habet uim ad perſuadendū. Cū enim æternæ illæ ſubſtantiæ, corporaq́ꝫ, nulli mutationi ſubiecta, ut quidē ſentit ratio, non inuideāt alijs alia ſuas dotes, ac in ſumma cōcordia maneāt: fieri nō poteſt, ut res humanæ, quæ ſunt fluxæ & caducæ, atqꝫ ad illorū figuram & naturam conditæ, perdurent inter ſe diſcordes.* Plenæ *ſunt omnes hiſtoriæ talium exemplorum, plena eſt etiam tota uita noſtra, non ſolum in* Republica, *ſed etiam in ſingulis familijs, aut domibus: nec eſt opus ad hāc rem pluribus uerbis.*

*uerbis.*Porrò μὴ φθονέοις ἀγαθῶν ἑταίροις. *eſt græca phraſis.*Latini *accuſatiuo utūtur pro genitiuo, Ne inuideas bona ſocijs. niſi quis ita malit exponere, ut genitiuus* ἀγαθῶν *pendeat à datiuo* ἑταίροιν, *quod mihi placet.* ἀνάψης *deinde ſignificat excites,id eſt, exhibeas: ut deſit accuſatiuus, te.*

σωφροσύνην δ' ἀσκεῖν, *&c.*) σωφροσύνη *eſt uirtus,quæ moderatur uoluptates & dolores.quã ſcribit* Ariſtoteles *dictam,* ὡς σώζουσαν τὴν φρόνησιν: *hoc eſt,ex eo quòd cõſeruet prudentiam.*Voluptas *enim & dolor corrumpunt & peruertunt, aut uelut diſtorquent iudicium de ijs quæ ſunt hominibus uerè utilia & bona.* Hæc *autem prudentia quærit & comparat.* Latinè *propriè dici poteſt temperantia.*De *hac ita ſcribit* Cicero *in* Tuſculanis *quæſtionibus:* Veriſimile *etiam illud eſt, qui ſit temperans,quem* Græci σώφρονα *appellant: eamq; uirtutem* σωφροσύνην *uocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam.* Quæ *ſequuntur ibi in* Cicerone, *ſunt nimis lata.* Complectitur *enim huius uirtutis appellatione prudentiam,iuſtitiam,fortitudinẽ,& cenſet frugalitatem eſſe talem.*Facit *idem in alio quoq; loco: ſed pertinent illa ad aliam diſputationem, quæ eſt de uirtutum cognatione.* Germani *uocant hanc uirtutem mæſſikeit.*Aliud *quiddam eſt zucht,latius patens, & ferè*

& ferè quod Cicero in illis locis frugalitatem appellat ſua lingua, Græcis putat σωφροσύνην eſſe. Videtur hic locus Poetæ cum Cicerone facere, ubi dicens, αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι, uitationem factorum turpium huic uirtuti opponit. Plato ſic loquitur de iſta uirtute, quarto Politic. κόσμος πού τις, ἦν δ' ἐγώ, ἡ σωφροσύνη ἐστὶ, καὶ ἡδονῶν τινῶν, καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια, ὥς φασι. Quæ paulo pòſt ibi ſequuntur, uidetur imitatus eſſe Cicero in deſcriptione huius uirtutis ubiq;. In ſequente uerſu, κακότητα uocat iniurias: quas non iniurijs docet rependendas, ſed iure, ſeu in iudicio depellendas. Alioqui κακότης & κακία ſignificat generatim omne uitium, & eſt uirtutis contrarium. In tertio uerſu docet, argumẽtis homines & ſuauib. uerbis uincẽdos eſſe, quòd cõtentio contentionẽ gignat.

μὴ πίστευε.) Non temerè credendũ eſſe, res ipſa docet, ac multa alia dicta id monent. Valde ſignificanter autẽ hic loquitur Poeta, cum dicit, non eſſe credendum, niſi quod cernatur. Sicut Germanicè dicimus de incredulo: Er gleübt nicht weiter den er ſicht. Non autem hoc dicit, quòd nulli uelit credi: ſed non cuiuis, & præcipitanter. Vt enim eſt temeritas, cuilibet credere: ita inhumanitas, nulli credere.

νικᾶν σὺ, &c.) Notũ eſt, quod Heſiodus dicit, καὶ λώϊον ἄλλης δύνηται. Sic in hoc etiã uerſu præci

 pitur.

pitur. Eſt autem huius rei cauſa, quòd, ut Ariſtoteles docet, melius eſt τὸ ποιεῖν, quàm τὸ ποιεῖσθαι. Et ſacræ literæ: Melius eſt dare, quàm accipere.

καλὸν ξενίζειν, &c.) Hæc eſt ſententia horum duorũ uerſuum: Melius eſt exiguum dare, & celeriter, & libenter, quàm magnum tardè & intempeſtiuè. Præterquàm enim quòd ingrata ſunt talia beneficia, non carent etiam ſuſpicione. Salomon inquit: Nec dicas amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi: cum mox poßis dare. Similes alibi quoq; extant ſententiæ.

μηδέποτε χρήστης.) Totum œconomicũ eſt hoc præceptum, & tantum ad priuatam utilitatem hic refertur. Quanquam enim fœnerator iubetur non durus aut acerbus eſſe pauperi: id tamen ideo fieri debere ſignificat, ut in poſterum quoq; ab eo ſumere poßit. Atq; hanc partẽ præcepti bellißima allegoria tractauit, cum relinquendã eſſe matrem in nido, non unà cum pullis auferendã docet: cauſam quoq; addens, ut iterum eius pullos habere poßis. Hac ratione & uia, uulgus & imperiti, aut etiam periti, nimium tamen indulgentes affectibus, doceri ſolent, ut uel ſui commodi cauſa rectè ac iuſtè faciant. Coniuncta enim eſt ferè ſemper utilitas cum honeſtate ac uirtute. Vt taceam, præſtantius bonum eſſe, ac natura pluris fieri ab hominibus præſtantioribus & melioribus, quod honeſtũ dicitur, quàm

quàm hoc quod omnes homines, Stoicis exceptis, utile uocant. Et hæc quidem uis eſt huius præcepti. Nunc egregiè transferri poteſt ad omnes eos qui præſunt alijs, aut poteſtatem in alios habent cuiuſcunq; generis. Ita enim ſiue pater filio, ſiue maritus uxori, ſiue dominus ſeruo debet præeſſe, ut illi relinquant his aliquid iuris, uel ſuæ utilitatis retinendæ, & augendæ gratiæ, ſi non uolunt hoc facere propter iuſtitiam: quæ certè ſic uult eſſe hominem in hominis, etiam ſeruum in domini, quanto magis in patris filium, aut in mariti uxorem poteſtate, ut ipſius quoq; ſalus & cõmodum nõ prorſus negligatur. Et uehementer illi peccant, qui putant aut liberos, aut ſeruos, uel à natura ſe, uel à legibus & iure accepiſſe, ut pro ſua libidine cum ijs agant, eosq; habeant perinde ac ſi eſſent pecudes. Quanquã & his tribui uoluit natura ſuum quoddam ius. In imperijs etiam plurimum delinquũtur, eo quòd ſæpe non habetur popularium aut ſubditorum ratio: aut ſi habetur, leuiter, aut non ſatis habetur. Ad id genus enim poteſtatis uel maximè debet hoc præceptum accommodari, propterea quòd cum, ut docet ex Homero Plato, rex aut princeps nõ plus iuris habeat in populũ, quàm paſtor in pecudes, aut quàm pater in filium, ut Ariſtoteles uult, ne ſuæ quidem potentiæ ac utilitati ſatis conſulant monarchæ, interea dum nimis

magnis tributis & uectigalibus aliquãdo grauant, ac non ualde neceſſario tempore: adeò quoq;, ut & ipſis poſtea cum miſera plebecula ſit eſuriendum, aut carendũ neceſſarijs ſumptibus, cum aliquid difficultatis aut periculi inciderit. Et *tamen non defuerunt, qui ad alendam potentum auaritiam, dicere & ſcribere ſatis licenter auderent, omnia eſſe* Imperatoris. *Quæ quidem uox, niſi habeat commodum interpretem, eſt falſiſsima.* Nam *contrà potius erat dicendũ, ex illorũ principum philoſophorum, & ipſius naturæ doctrina, omnia populi eſſe, &* Reges ac Principes *tantum eſſe illorum adminiſtratores, aut, ut* Plato *loquitur,* φύλακας, *quod & ipſorum nomina teſtantur.* Eſtq; *hæc ſimilitudo* Platonis *(cur enim tanti uiri authoritatem non ſæpe inculcemus?) diligenter obſeruanda, in qua monarchas dicit paſtoribus eſſe ſimiles: præfectos, eorum canibus, defendentibus gregem aduerſus lupos: &* ἐπικούρους *appellat, id eſt, adiutores.* Nec *detrahit hoc principum authoritati & dignitati quicquam: imò commendat & illuſtrat eam, dicere, quòd nõ ſint lupi, aut fuci, qui tantum noceant, & ocioſi paſcant ſeſe de alieno: ſed quòd ſint miniſtri & gubernatores, aut cuſtodes legum, diſciplinæ, religionis, pacis, trãquillitatis, cultus, & omnium eorum quæ poßident, & propriũ habent homines in populo: talesq; prorſus eſſe in rebuſpub.*

buſpub. qualis Deus eſt in toto mundo. Nam ut Græci uerè dicunt, εἰκὼν δ' βασιλεὺς ἐστιν ἔμψυχος θεοῦ. Qualis autem Deus eſt? bonus, liberalis, iuſtus: dat, non accipit: conſeruat, non conſeruatur: alit, non alitur. Quanquam autem monarcha non poteſt non accipere à ciuibus, cum ſit homo, non Deus: tamen longè plus dat, quàm accipit, quando facit ſuum officium. nec debet accipere, præter hoc, quo ipſe honeſtè uti poteſt, ad retinendam & uitam ſuam, & authoritatem: ſic tamen, ut meminerit, hoc totum ad publicam utilitatem pertinere & referendum eſſe. Quod quid clarius indicare poteſt, quàm quòd Ariſtoteles principatum, aut monarchiam, ſiue regnum, patriæ poteſtati comparauit? Sic autem inquit: ἡ μὲν γὰρ πατρὸς πρὸς υἱοὺς κοινωνία βασιλείας ἔχει σχῆμα. τῶν τέκνων γὰρ πατρὶ μέλει. ἐντεῦθεν δ' καὶ ὅμηρος τὸν δία πατέρα προσαγορεύει, πατρικὴ γὰρ ἀρχὴ βούλεται ἡ βασιλεία εἶναι. Quid autem pater facit, alens & educans liberos? Num quærit aut ſpectat ſuam utilitatem, ac utitur eis, ut mancipijs? In Perſia quidem fuit hoc ius, & olim in Italia, ſed cōtra naturam. Et ius hoc iniuſtum, eſt mutatū iuſtiore ac uero & naturali iure, etiam in rebus publicis. In natura enim ſemper fuit, ac erit, quanquam homines ab eo diſceſſerint: nec unquā poteſt mutari. Quin potius ad liberorum ſalutem & utilitatem

totus reſpicit pater, ac nihil dubitat uitam pro eis profundere, ſi opus ſit. Tam bene illis cupit, quàm ſibiipſi, aliquando melius etiam. Idem debent & monarchæ facere, ſi uolunt exequi & Dei & naturæ uelut mandatũ quoddam, & facere ad quod conſtituti ſunt, quantum fragilitatis humanæ ratio patitur. Sunt igitur reges & monarchæ uerè, quod Romani quoq; ſuis principibus quibuſdam præſtantibus tribuerunt, patres patriæ, ſicut populus & patria ſunt illorum ſoboles. Vnde facilè æſtimari poteſt utrorumq; officium. & hoc intelligere & amplecti, habet maximum ad hoc momentum, ut quàm optimè & pulcherrimè regna & imperia tum conſtituantur, tum conſeruentur. Ibi enim neceſſe eſt magnam & curam & ſolicitudinem in animis principũ eſſe erga ciues, & eum amorem & reuerentiam ciuium erga illos, quæ ſolet eſſe liberorum erga parentes. Debebant hoc ergo diligenter à prima pueritia doceri utriuſq; ordinis homines, priuatim à parentibus & præceptoribus, & publicè in concionibus. Nec tantum erat aut in uulgus acriter uociferandum de principum officio, aut occinendum principibus de licentia & alijs uitijs multitudinis: ſed utriq; ſic erant monendi & informãdi, ut ſubinde mutuus amor augeretur, non ut alteri alteris ſuſpecti fierent, & inter ſe animis & uoluntatibus alienarentur. Debet enim,

bet enim, qui præeſt, patris affectum gerere erga eos qui parent: & ij qui parent, affectus liberorum erga eos qui præſunt. Atq; hoc ſanè inter regem & tyrannum intereſt, quòd ut dominus erga ſeruum ſe gerit, ita tyrannus gerit ſe erga populum, & ſuum commodum tantum ſpectat, & uoluptates. Rex, ut ſæpe nunc eſt dictum, gerit ſe erga ciues, ut pater erga liberos: & pro horum magis utilitate & ſalute ſolicitus eſt, quàm pro ſua. Verùm de hac re hactenus obiter dictũ eſto, non omnino, ut arbitror, extra inſtitutum. Nunc ad Poetam redeamus, cuius præcepto admodũ eſt affine, quod Tiberius Cæſar amicis reſpondit, monitus ab eis, ut uectigalia maiora faceret: Boni paſtoris eſſe, tondere pecus, non deglubere: hoc eſt, ita accipiendũ eſſe à ſubiectis, ut aliquid eis relinquatur, quo poßint iterum atq; iterũ principibus uſui eſſe. quod non fit, quãdo exuuntur omnibus bonis: aut non tam facilè fit, quãdo nimiũ eis adimitur. Sicut lanam non iterũ percipit ab oue paſtor, ubi cutem oui detraxerit. Hoc enim ſignificat deglubo, facta uoce à gluma, ut ſcribunt Grammatici, quæ eſt tunicula ordei. Nos peropportunè uidemur nobis tranſtuliſſe præceptum Poetæ ad omnia poteſtatum genera, atq; propterea paulo uerboſius de regia poteſtate explicuiſſe: facturi hoc multo prolixius, niſi ratio incœpti operis nos impediuiſſet.

μηδέποτε λέγων.) Non *eſſe permittendum iudicium de rebus, niſi peritis earum, monent hi duo uerſus: nec fruſtra.* Fit *enim ferè, ut ſiue per ſtultitiam, ſiue per arrogantiam homines de operibus & artibus iudicium ſibi ſumant, à quibus prorſus alieni ſunt: & quidem audent aliquando pronunciare, præſentibus artificibus, non tantum quid ſibi uideatur, ſed quid malè uideatur artificibus, & cum eis contendere.* Tali *fatuo rectè* Apelles *dixit:* Ne *ſutor ultra crepidã.* Et *quendam* Megabizen, *ut* Plutarchus *ſcribit, loquentẽ in eius officina de umbris & lineis, ita obiurgauit:* Hi *pueri, qui terunt colorem melidem, antea, cum taceres, te mirabantur: rident, poſteaquam cœpiſti loqui de rebus quas nõ didiciſti.* Plinius *ad* Alexandrũ *magnum,* Apellem *ſcribit ſimile quiddam dixiſſe.* Cicero *in* Tuſculanis *diſputationibus ſenarium uſurpat:*

Quam quiſq; norit artem, in hac ſe exerceat.

Quem *uidetur ex hoc* Ariſtophanis *uerſu feciſſe,*

ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Idem Horatius *præcipit, cum ait:*

— *Quod medicorum eſt,*
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

Non *autem debemus obtẽperare tantum huic præcepto, quòd rideri ſolent tales iudices, & faciunt contra decorum: ſed etiam propterea, quòd periculoſum eſt, & damnoſum, ſæpe ad iſtã temeritatem*

ritatem adſuefieri homines, non ipſis modò priuatim, ſed etiam Reipub. *Eſt hoc genus hominum cognatum cum eo quod ardeliones Latinè, πολυπράγμονες* Græcè appellatur: *& hoc tantum intereſt, quòd alteri in factis, alteri in dictis & iudicando, ſuam ſtultitiam & arrogantiam produnt: nec eſt difficile inuenire utrunq; genus.*

ὃ χωρεῖ μεγάλην.) *Gradatim, & ab infimis ad altiora, in diſcendis artibus aſcendendum eſſe, multi ſciunt: ſed pauciſsimi hoc faciunt, præſertim noſtro tempore, quo cum ad quæſtũ ferè tantum referantur omnes artes, laborioſiſsimũ eſt, & res longi temporis, uel* Grammaticã *rectè & purum ſermonem diſcere: ita ut bonus Grammaticus nunc monſtri propemodũ ſimilis ſit, hoc eſt rariſsimus.* Non *enim intra tam anguſtos terminos collocata hæc ars eſt, ut tantũ doceat declinationes & coniugationes nominum & uerborum, regulasq; de* Conſtructione, *quales in uulgaribus, & uelut minorum gentium libris Grammaticorum habẽtur: ſed iudicat etiam de ſermonis proprietate & phraſi aliquo modo: hoc eſt, quæ cum quibus dictionibus rectè cõnectantur, quæ ſecus: non tantũ quod pertinet ad genera, caſus, & ſimilia, ſed quod ad conſuetudinem & uſum uetuſtatis pertinet.* Quo*tus quiſq; autem nunc eſt in omnis generis profeſſionibus, qui purè loqui poſsit, aut ualde ſtudeat:*

f 5 adeò

adeò ut ipſa uix ſe Grammatica poßit inter ſui cul tores & doctores defendere. Tanta eſt hominum uel ignauia & pigritia, uel tarditas & infelicitas: tanta eſt præterea corruptio, ut malint rem facere & poßidere, quàm elegantiam ſermonis diſcere & ſcire. Vtinam uerò minus eſſet contentionũ & diſputationum inter Theologos & Iuriſcõſultos, maximè uerò Theologos. Medici enim & Iuriſconſulti etiam non adeò poſſunt obeſſe literis, propter paucitatẽ: quanquã eis cum literis, tanquam his ſeculis, eſt πόλεμος ἄσπονδος. *ſine dubio nec ſuperioribus temporibus tantam iacturã paſſa eſſent liberaliora ſtudia, nec iſto noſtro tempore paſſura tam facilè eſſent. Quod ualde metuo, ne futurũ ſit, & breui. Diuinat etiã animus neſcio quid, de quarundam rerum in ſcholis abuſu. Quid acciderit, & unde acciderit ſuperioribus ſeculis, nõ eſt obſcurum. Sed quid facio? Non erat fortaſſe querelæ locus: & tamẽ rei cognatio & indignitas huc me abſtraxit. Poeta non eſſe attingendã præſtantem artem, ſine aliarum inferiorum peritia, propterea quòd non poßint illæ ſine his intelligi, monet ferè eodem modo, quo Quintilianus docet, firmũ fundamentum locandum: alioqui corruiturum, quicquid fuerit ſuperſtructum.*

μηδὲ τραπεζονόρας.) Hic *uerò difficilẽ locum ingredimur, non ad intelligendum quidem, ſed ad perſua-*

perſuadendum hominibus. Verùm bene habet: non eſt hoc noſtrum propoſitũ, nec ad interpretis officium ſpectat. Docetur *hic, adulatores fugiendos eſſe.* Plurimum *enim hi nocent, maximè tamen rebuſpublicis.* Nam *quanquam ſæpe id genus hominum ſic dementat priuatos opulẽtos, ut uideantur ſibi pulchrè docti, aut probi, ipſiq; intercipiũt ibi, quod meliores oportebat capere, uerè ſundi calamitas: non tamen hoc ad multos deriuatur, niſi fortaſſe paulatim, & propter cognationẽ illam, quæ inter publicũ eſt & priuatum.* In *rebuſpub. uerò, ut apud principes, & alios qui præſunt, quantum damni & cladis inferant rebus humanis adulatores, ne quidem ab ullo ſatis explicari poteſt.* Egregiam *in ea re nauauit operã* Plutarchus, *in opuſculo cui eſt titulus,* De *diſcrimine adulatoris & amici.* Hunc *libellũ cuperem in omnibus aulis & adminiſtrationibus publicis quàm notiſſimum eſſe.* Nihil *dubito, futurum eſſe, ut ſaltem aliquos puderet aliquando* φιλοκόλακας commercij, *quod habent cum eiuſmodi monſtris: & ipſi aſſentatores agniti, & propterea negligentius habiti, uel corrigerent ſe, uel darent locum melioribus. Sed hoc ne fiat, utriſq; magna eſt cautio.* Gaudent *enim applauſu potentes plerunq;: & illi nullam aliam artem (ſi* Dijs *placet, adulatoriã eſſe artem) didicerunt: & toti nihil aliud ſunt, quàm, ut* Plutarchus

pulchrè

pulchrè in eo Opere, cuius nunc memini, hos uerſiculos à Cancro ad paraſitum detorquet:

γαςὴρ ὅλον τὸ σῶμα πανταχῆ βλέπων
ὀφθαλμὸς, ἕρπει τοῖς ὀδοῦσι θηρίον.

Sed quid dicam? cum tam fœda ſit belua paraſitica, nos eam ciuilitatem & humanitatē uocamus: contrà uerò, candorē appellamus ruſticitatem & moroſitatem. Pulchrè admodū conſentiunt omnia cum hoc corruptiſsimo ſeculo.

ἀχθόμενοι.) Hunc uerſum putaui aliquando à præcedentibus ſeparatum eſſe, & hoc ſibi uelle, quòd cum uictus, ut philoſophi ſunt locuti, ſit parabilis, & natura ſit paucis contenta, quibus non ſufficiat hoc exiguum, quod natura deſiderat, hos etiam propter cupiditates, quas Cicero dicit eſſe inſatiabiles, non expleri poſſe. nec eſt ſanè incommoda, ut exiſtimo, ſententia. Verùm nunc magis mihi placet, ut ſuperiori loco de adulatoribus adiungatur, ideo quòd non ſolum rectè cum eo conuenit (ſunt enim adulatores, ut qui maximè, delicati, & inſatiabili ingluuie) ſed quòd in pleriſque alijs uerſibus præcedentibus & ſequentibus præcipitur, non indicatur aliquid faciendū, exceptis ijs, in quibus ſunt cauſæ præceptorum.

λαῷ μὴ πίστευε.) Par eſt inconſtantia uulgi & fœminæ: ſed illius, propter imperitiam, & corruptam educationem, rerumq; ſordidarum tractationem:

tionem: huius, propter imbecillitatem ingenij & naturæ. Quanquam & uulgo natura hoc ineſt: ſicut contrà principes & proceres magna ex parte ſunt apti, ſeu, ut loquuntur Græci, δ́ξιοὶ *ad conſtantiam & fortitudinẽ. Hinc eſt, quòd Poeta uulgus & fœminam cum aqua uelut comparat, qua nihil eſt propter humiditatem ferè mobilius. Ouidius de uulgo:*

Mobile ſic ſequitur fortunæ lumina uulgus.

De *muliere* Comicus: *Nolunt, ubi uelis: ubi nolis, ibi cupiunt ultro. Quanquam quid de mulieribus dicimus? Inuenias uiros, qui tantum conſtantes ſint mobilitate ſua, ut Poeta ait.*

μηδὲ μάτην.) *Puto hic uituperari ſuperſtitionem, hoc eſt, immodicum metum, & curam de rebus diuinis. niſi quis priorẽ uerſum uelit à ſequente ſeparare, ut iſthic prohibeatur mœror & triſtitia, quæ facit etiam homines ſegnes, & negligentes ſuarum rerum. Inde eſt quod dicit: Vbi conſederis ad ignem. Hoc enim ocioſi faciunt, in hyeme præſertim. Vnde uulgò apud nos dicunt: Sedet ad fornacem, & aſſat mala. Sed prior expoſitio commodior eſt, meo iudicio.* Notũ *uerò eſt, quòd res ſacra fieri ſolita ſit plerunq; ad ignem.* Porrò τεῦχε *pro ſacrificare poſitũ eſt, quod aliquando poetæ* Græci dicũt ῥέζειν et ἔρδειν. μέτρα. pro μετρίως.

γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι.) *Et ſepeliendos eſſe mortuos,*

tuos, nec ſepultos eruendos, non tantum hic docet Poeta, ſed omnis omnium gentiũ non barbararum conſuetudo, inſtitutio, & conſenſus. Viderũt enim ſapientes homines, aliquid eſſe præſtantius in natura humana, quàm eſſet in pecudibus: nec interire ſimul omnia cum hac ſenſibili, ut ſic dicã, uita: propterea poſt mortem etiàm cadauer hominis honore aliquo affici debere, quẽ Latini ſepulturam uocauerunt, à ſepeliendo, quod putant ſepiendi ſignificationem habere. In eo namq; ſumma rei conſiſtit, ut terra condatur & tegatur cadauer, & uelut ſepiatur, hoc eſt, muniatur aduerſus iniuriam beſtiarum & immanium hominum, qui parum à beſtijs admodum differũt. Appellatur idem honor apud eoſdem Latinos & humatio, eandem ob cauſam: & locus, iam monimentũ, à conſeruatione memoriæ mortuorum: iam ſepulchrum, aut tumulus, à cõtectione & ſpecie, quam exhibet illa contectio. Fuit is ueteribus Græcis & Romanis ſacer & religioſus. Quam conſuetudinem & ius uetus Pontificium Chriſtiani Põtifices meritò retinuerunt, mutatis ceremonijs & ritibus priſcorum, ut decuit fieri. Nec ſunt audiendi Cynici, qui iubent ſe inhumatos proijci: & dicunt non referre, ubi corpus ſit poſt mortem. Cicero ſcribit in Tuſculanis quæſtionibus: Maximis ingenijs præditos magna cura coluiſſe, & inexpiabili religione ſan-

ne ſanxiſſe (hæc enim ſunt eius uerba) ceremonias ſepulchrorum. Quanto minus Chriſtianis, apud quos omnia debent fieri modeſtè, aut εὐσχημόνως, ut S. Paulus inquit, licet ſepulchra uiolare? Hæc ideo addidi, quòd ſciebam, hoc turbulentiſſimo ſeculo non parum hac in re peccari. Hæc uerba, μηδ' ἀθέατα δεῖξ. &c. puto eſſe tantum expoſitionem præcedentium. Ea ſi quis uolet ad alia referre, cuiuſmodi eſt hoc Heſiodi, μηδ' ἄντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχλεῖν, cum eo non pugnabo: nec ſum iniquus multitudini præceptorum, ſi ſunt bona & utilia.

οὐ καλὸν ἁρμονίην.) Aliud præceptum, indicatiuè tamen, non imperatiuè prolatum, quod nihil de re mutat. Tantundem enim eſt, ſiue dicam, Turpe eſt, pœnam eſſe, quàm delictum, maiorem: &, Ne ſit pœna delicto maior. Vult autem Poeta, non eſſe uitam abrumpendam, ſed naturam: aut Deum expectandum, uelut euocatorem ex hac uita. Fuerunt enim, qui ſtudio quodam conſequendæ immortalitatis, & abijciendi corporis, ipſi conſciſcerent ſibi mortem. Sicut de Cleombroto Callimachus ſcribit, quòd lecto Platonis libro de Immortalitate animorum, ſe in mare de muro abiecerit. In eo libro cum doceatur à Socrate, philoſophorũ uitam eſſe tantum commentationem mortis: fuit hoc etiam quærendum, debeat'ne ſapiens afferre

ſibi manus, ut quàm citiſſimè liberetur è carcere corporis animus. Et *additur, hoc non eſſe faciendum, qui in hac cuſtodia ſimus diuinitùs* collocati, *& hominem eſſe uelut* Dei mancipium, quod non *debeat aufugere ſine illius mandato.* Verba Platonis *inter alia de hac re ſunt:* ἴσως τοίνυν ταύτῃ οὐκ ἄλογον μὴ πρότερον αὐτὸν ἀποκτιννύναι δεῖν, πρὶν ἀνάγκην τινὰ ὁ θεὸς ἐπιπέμψῃ. ὥσπερ καὶ τὴν νῦν ἡμῖν παροῦσαν. Ex quibus uerbis, *&* reliquis *eius loci, hæc* Cicero *ſcripſit:* Cato *autem ſic abijt è uita, ut cauſam moriendi nactũ ſe eſſe gauderet.* Vetat *enim dominans ille in nobis* Deus, *iniuſſu hinc nos ſuo demigrare. Cum uerò cauſam iuſtam* Deus *ipſe dederit, ut tunc* Socrati, *nunc* Catoni, *ſæpe multis, ne ille mediusfidius uir ſapiens, lætus ex his tenebris in lucẽ illam exceſſerit, nec tamen illa uincula carceris ruperit.* Leges *enim uetant: ſed tanquam à* Magiſtratu, *aut ab aliqua poteſtate legitima, ſic à* Deo *euocatus atque emiſſus exierit.* Hactenus Cicero: *à quo, &* ipſo Platone, *ſicut à pleriſq; alijs philoſophis, nos* Chriſtiani *diſſentimus, qui ob nullã cauſam iudicamus hominem ſibi uim inferre debere.* Et *errauit ſanè* Cicero, *ſi fas eſt mihi hoc dicere, qui putauit* Catonem *honeſtè uiuere in ſeruitute nõ potuiſſe.* Non *enim ſunt inhoneſta, aut turpia, quæ citra noſtram culpam acciderunt.* Quanto *rectius* Martialis:

Rebus

Rebus in aduerſis facile eſt contemnere uitam:
Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt.
Item alibi: Summum nec metuas diem, nec optes. Hoc enim eſt inſeruire & parere Deo *ac naturæ, quæ uera eſt fortitudo animi.* Rectius *etiam* Phocylides, *qui nullam exceptionem addit: ſed dicit, non eſſe hominis compagem (poteſt autem hoc etiam intelligi de cæde, quæ fit à nobis in alijs, non tantum de ea quæ fit in nobis à nobis) ſoluendam ui, cum alioquin citò per naturam hoc ſit futurũ, & quidem ſic, ut anima ſit manſura incorrupta.* Animam *enim ſpiritum ipſe uocat, uſum* Dei *& imaginem eſſe.* Quod *uehementer ſignificans eſt, & pulchrè conuenit cum eo quod in ſacris literis dicitur,* Hominem *conditum eſſe ad imaginem* Dei, *præſertim quantum ad poſterius pertinet.* Prius *enim uidetur nimis magnificum, quo ſignificatur homo,* Dei *uelut pars quædã eſſe, aut* Deum *ipſum noſtra corpora ſic mouere ſine medio, aut inſtrumento.* Quod, *quia non eſt pars diuinæ naturæ anima, ſed uis quædam à* Deo *diuerſa, aut creata, ut* Theologi *loquuntur: falſum eſt, ac poeticum, aut rhetoricum.* Quod *ſi accipiantur, ſicut hæc* Pauli *ſunt accipienda,* In *ipſo enim uiuimus, & mouemur, & ſumus, ſicut & quidam ueſtrorum poetarum dixerunt,* Ipſius *enim & genus ſumus: & ut poſſunt accipi ſine incommodo, adeoq; debent, ut*

plerunq; mutatur cum fortuna: non tamen ideo per ſe malæ ſunt diuitiæ, maliq; male eis utuntur, ſicut boni bene. Hinc etiam eſt, quòd plerunq; mali ſunt, qui habẽt magnas diuitias. Nam quia corrupti ſunt animi, & deprauati cupiditatibus, quærunt opes, & accumulant facilè: non, quia ſunt diuites, animi ſtatim ſunt deprauati, aut corrupti. Verùm hoc parum ad rem. Addit Poeta in hoc loco, meminiſſe nos debere, quòd mortales ſimus, & nihil ad inferos auferamus nobiſcum. Talia paßim in Latinis poetis occurrunt:

Tendimus huc omnes, metã properamus ad unam.
Sed tamẽ huc omnes, huc primus & ultimus ordo.
Eſt mala, ſed cunctis iſta tenenda uia eſt.

Et in Horatio:

Pallida mors æquo pulſat pede pauperũ tabernas,
Regumq; turres.

Item in Propertio:

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas:
Nudus ad infernas, ſtulte, ueheris aquas.

Pertinet huc etiam prouerbium, Homo bulla. De æqualitate uerò, quam hic facere dicitur mors inter omnes homines, ita Seneca ſcribit: Hoc habet inter cætera iuſtitiæ ſuæ Natura præcipuũ, quòd cum ad exitum uentum eſt, omnes in æquo ſumus. Iteratur & quod erat dictum de immortalitate animæ. Eſt hic obſeruanda figura, ἓν ἀν' εἰς ἄλλων ὄλ-
βον ἔχειν,

βον ἔχειν, ubi uerbum quietis coniungitur cum caſu motus. Hoc *interdum ſunt imitati* Latini, *ut* Terentius: Vbi *uidet me eſſe in tantum honorem.* Tales *aliquot figuras & Gellius annotauit.*

μήτε κακοῖς ἄχθου.) Hi *quatuor uerſus ad magnitudinem animi pertinent: cuius officium eſt, inuictum ſe præbere in omni fortuna: hoc eſt, nec frangi in duris rebus, nec ſuperbire in ſecundis.* Quanquam *Ariſtoteles facit ex his duas uirtutes. Sed nihil attinet hæc ad uiuum reſecare hoc in loco.* Tempori *ſeruire, eſt cedere tempori: hoc eſt, ut* Cicero *exponit, parêre neceßitati.* Idē *eſt quod additur, non eſſe cōtra uentos flandum.* Idem *alijs uerbis* Iuuenalis *dicit,* Dirigere *brachia cōtra torrentem.* Terentius: Aduerſus *ſtimulū calces. quod* Græcū *eſt, πρὸς κέντρα λακτίζειν.* Poſtremus *uerſus eſt conſolatio, qualis hæc eſt* Horatij: Non, *ſi malè nunc, & olim ſic erit.* Et *Græcum prouerbium, θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανείς.*

μὴ μεγαληγορέειν.) Egregium *eſt hoc præceptū, & noſtro tempore uel maximè neceſſarium.* Vult *enim, ne morē geramus animi libidini & petulantiæ in dicēdo: ſed ut refrenemus ipſi nos, ac potius benedicamus, quàm maledicamus alijs hominibus.* Sumus *enim natura ferè omnes ad maledicendum, quàm ad benedicendū promptiores.* Et *multis antè ſeculis non fuit dicēdi & ſcribēdi licentia tanta,*

dicendi magis, quàm tragicè & inaniter. Quod ut uerum eſt, ita, ut hic dicitur, uehementer utile in commune. Qui uolet hos uerſus de oſtẽtatione uitanda exponere, fortaſſe non errabit, me certè non improbante faciet. Quanquã hæc omnia ſunt ualde cognata, & tamen non coniungi poſſunt.

ἁπλοῦ τοι λόγος.) *Magna eſt apud doctos querela, nudum & inermem naſci hominem, nec addi ei proceſſu ætatis arma, quibus ſe contra uim defendat: ac ſanè uera. Sed hoc tamen etiam debebat cogitari, mentem & iudicium homini, quod multo eſt quàm reliquorum animantiũ omnium arma nobilius, datum eſſe: quo & arma, quando uult, excogitare poteſt facilè, & excogitatis expeditè ac prudenter uti. Hinc eſt, quòd nullius beſtiæ robur contra uim humanam tutũ eſt: ac omnes quidem, ſi ſit congrediendum ac dimicandum ab inſtructis utrinq;, uinci poßũt ab homine. Sed quorſum hæc? ut intelligatur, non ita malè proſpectum eſſe hac in parte nobis à natura, ut nonnulli conqueruntur: nec immeritò tamen, cum uideant homines inter ſe alios crudelius quàm ullas beſtias ſæuire in alios, ac uerè abuti ſuis armis. Addidit eadem natura rerum nobis aliud armorũ genus, ſermonem, uel præcipuè in hoc, ut ſi qua de re non cõuenit inter nos, uerbis & diſceptatione utamur, pro ſua quiſq; cauſa defendenda. Quod etiam Terentius*

rentius monuit, cum dicit: Omnia prius experiri, quàm armis, ſapientem decet. Sic & Libanius: ὥστε καὶ τὰ ὅπλα παραστήσαντες προτέροις χρώμεθα τοῖς λόγοις. Quanquam propter alia quoq; habemus ſermonem, propter hoc tamen uidemur eum habere ſingulariter, ut nos & noſtra tueamur, & conſequamur apud alios, quæ ſunt ad honeſtam uitam neceſſaria, ſine ui aut armis. Hoc enim eſt naturæ uelut conſilium quoddam in rerum affectione, ut unaquæq; non ſit modò, ſed ut bene & feliciter quoq; ſit. Quare & ſermo ſic eſt homini datus, ut eo conſequendorum & retinendorum bonorum cauſa, non aliter ac inſtrumento & armis uteretur. Atq; hoc eſt, quod Phocylides hic dicit, alia alijs animantibus contigiſſe arma, homini ſermonem contigiſſe pro armis. Ita uulgus noſtrum dicit aliquādo: Hæc mulier habet gladium in ore. Et barbarum ſeculum: Vngues & uerba ſunt mulierum arma. Recitantur autem aliquot exempla. Et in fine loci adijcit, Optimum ſermonē eſſe, qui proficiſcatur ex ſapientia. Nam ſtulta oratio, tantum abeſt ut proſit homini, ut ualde noceat etiam. Ac rectè Græci dicunt, ῥῆμα παρὰ καιρὸν ῥηθὲν, ἀνατρέπει βίον. Obſeruāda eſt etiā ἀντίπτωσις in hoc loco, ταύροις δ' αὐτοχύτοις κεράεσσι, pro, αὐτόχυτα κέρατα. aut certè κατ' ἔλλειψιν aliud uerbū, quàm præcedit, aut ſequitur, ſubintelligendū eſt.

non reprehendunt, ac ſeparant à ſe. Nihil enim intereſt, ſiue tu facias turpiter, ſiue non impedias alium facientem, ſi poßis, aut certè aſſentiaris facienti, & eum defendas, aut quocunq; modo adiuues. Ego magis hoc intelligo de priuato conſenſu & defenſione. Sicut enim deprauantur mores conſuetudine, ita quoq; culpæ ac pœnæ plurimum fit cõmunicatio, tum apud Deũ, tum apud homines.

φωρῶν μὴ δέξῃ.) Hi duo uerſus, uelut declaratio aut exemplum ſunt præcedentis præcepti. Qui enim ſciens accipit cuſtodiendũ, quod alijs eſt alienatum aut ſubtractum furto, parem pœnam meretur cum ipſo fure: quod etiam ſententia quædam iuris docet. Germanicè hoc admodũ eleganter dicimus, in hanc ferè ſententiam: Talis eſt occultator, qualis eſt fur. Sequens uerſus eſt uelut epiphonema adiectus, qui iubet ſuum cuiq; tribui, ut eſt in præceptis iuſtitiæ: quanquã æqualitas optima ſit in rebus. Tale eſt Solonis apophthegma, ἴσα πόλεμον οὐ ποιεῖ.

ἀρχόμενος φείδου.) Timidè & circũſpectè res incipiendas eſſe monet. Omnis enim feſtinatio & præcipitantia periculoſa eſt: ſed initio periculoſißima, quòd in hac parte augendæ rei plurimum ſit poſitum Sicut dicitur, ἀρχὴ ἥμισυ παντός. Et, Dimidium facti, qui cœpit, habet.

μὴ ἠλιθίως θνητοῖο.) Sic interpretatus ſum hũc uerſum,

uerſum, ut coniunxerim hæc duo nomina, κτήνους & βορὴν, per appoſitionem, quòd alant homines & pecudes: & κατὰ præpoſitionem pro παρὰ uſurpatam exiſtimauerim, aut etiam poſitam per quendam errorem: deinde uerbum ἔλααι, pro χορῆσαι, quemadmodum Græci quoq; exponunt. ut hoc uelit Poeta, quod in ſacris literis etiam præcipitur, præbendum cibum & alia neceſſaria pecudi: ut ſtabulum, ſtratum, quietem. Et eſt ſanè magnam ferociam & inhumanitatem in quibuſdam cernere, qui in equos, & alia animalia, quibus tamen aluntur, ſummam crudelitatem exercent, ac uerè ſunt ingrati benefactoribus. Parcendum eſt omnino omnibus beſtijs, quantum patitur res & ratio noſtra. Mites homines & lenes, ne muſcam quidem aut pulicem ita interficiũt, ut non mallent eis uitam relinquere, ſi non eſſent moleſti, aut non læderēt. Adeò res eſt precioſa & nobilis uita. Poteſt ita quoq; exponi, & fortaſſe melius, ut ſecundum Pythagoræ doctrinã ſentiat, non eſſe ueſcendum animalibus, præſertim adiuuantibus nos in re domeſtica: ſicut Heſiodus uetat bouem aratorem interficere. Eſt autem poſitum κτήνους in maſculino genere, & tertia declinatione: cum alioqui ſit neutrum, & quintæ declinationis.

κτήνεος δ' ἐχθροῦ.) Sicut amicus eſt, cui bene cupimus: ita inimicus, cui malè cupimus. Quomodo

igitur

Athenis: hoc eſt, quòd in illa urbe legibus etiam conſtitutum fuerit, ut publicè malediceretur, & optaretur diuina pœna illi, qui uiam erranti non demonſtraſſet. ita, ut non ſit res digna præmio, facere hoc: ſed non facere, magna ſit turpitudo, & ingens flagitium. Huc pertinẽt omnia officia, quæ poſſunt præſtari ſine incommodo noſtro, & non poſſunt omitti ſine damno indigentium illis.

βέλτερον ἀντ' ἐχθρῶ.) *Hic uerſus inuitat nos ad homines adiungendos potius nobis beneuolentia & officijs, quàm ad alienãdos odio & maleſactis. Ita enim eſt uita hominis, ut non poſsit amicitia carere. Quanquam gradus quidam debent eſſe amicorum, & alij debent amicorum alijs eſſe interiores, nonnullos eſt ſatis non habere inimicos. Ac ſanè tutiſsimum eſt, ut ferè doctiſsimus quiſq; ſentit, quàm pauciſsimos habere, quibus intimè & familiariſsimè utaris. Et Martialis admodũ eſt ſuaue de hac re carmen:*

Si uitare uelis acerba quædam,
Et triſtes animi cauere morſus,
Nulli te facias nimis ſodalem:
Gaudebis minus, & minus dolebis.

Nam inter amicos debet eſſe quædã mutua reuerentia & cultura, quæ uix poteſt in nimia familiaritate exiſtere: ex qua, ut inquiunt Iuriſconſulti, contemptio dignitatis naſcitur.

ἀρχόμενον

ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν.)

Principijs obſta: ſerò medicina paratur,
  Cum mala per longas inualuere moras.
Sed propera, nec te uenturas differ in horas:
  Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.
Flumina magna uides, paruis de fontibus orta,
  Plurima collectis multiplicantur aquis.
Vidi ego, quod fuerat primò ſanabile uulnus,
  Dilatum longæ damna tuliſſe moræ.

Veriſſimè dicit Latinus poeta, quod hic breuius præcipit Phocylides: Incipiens malum præcidendum eſſe, & ſanandum ulcus. Quàm uerò ſit utile hoc præceptum uniuerſæ uitæ humanæ, ſatis dici non poteſt. Experimur hoc tantum non quotidie in Republica, & domeſtica, itē in Eccleſia, quanti referat, malis maturè obuiam ire, & quàm ægrè ſanentur inueterata & cōfirmata. Domus uitiata aut imbribus, aut aliqua alia cauſa, facilè poteſt & exiguo ſumptu refici principiò, ſæpe unica tegula, aut latere, aut tabula, aut trabe: quæ, poſteaquàm latiùs malū ſerpſit, non centum aureis commodè reſtituitur: & quidem nulla uetuſtatis culpa, ſed tantum negligentiæ. Sic in Germanico regno, quàm facilè potuiſſent initiò prohiberi ſumptus immodici, & luxus: cum uix nunc ſperare quiſquam audeat, huius tanti mali, quod caritatis & difficultatis omnium rerum caput eſt, & præ-

cipua cauſa, emendationem. Quid de moneta dicam, quæ proximam habet uim in affligendis & exhauriẽdis facultatibus publicis & priuatis? Ho*neſto quidem & laudabili conſilio* Principes *hoc ſunt conati, ut tantum malum ſanaretur, nec rarò, & nuper ſcriptis & publicatis legibus ſumptuarijs in frequentißimo conuentu: ſed quia non aduigilarunt, & dederunt operam puniendis uiolatoribus, ut tenerentur, præterquàm quòd nihil effecerunt iſto ſuo pulcherrimo ſtudio, licentiam hominum auxerunt etiam, & ſe multis expoſuerunt ludibrio: ut nunc prouerbio dicantur leges principum & magiſtratuum, quæ non ſint efficaces futuræ, aut diu manſuræ.* De Eccleſijs *nihil opus eſt exemplis.* Videmus *quàm ſint omnia turbata, & plena ſectarum facta, interim dum* Principes, *aut ij qui præſunt in* Eccleſijs, *non obſtant principio.* Poſſem *hic recitare exemplum noſtrarum* Eccleſiarum, *in quibus malum, quod nunc magnum eſt, & multum damni dedit, nec facillimè tolli poteſt, ante decem annos, hoc eſt, initiò, ſine damno, & penè nullo negocio potuiſſet opprimi.* Nam *fui proximus ferè ſpectator illius fabulæ, aut etiam non omnino* κῶφον πρόσωπον. Sed *non eſt nunc locus hoc faciẽdi: & aut ab alijs malo hoc ſcribi, aut in aliud opportunius tempus differre.* Debebat *autem in talibus rebus emendandis non paulo maior*

cura

cura adhiberi, quàm in alijs: quòd nuſquam ſit maior ambitio, nuſquam acerbiora odia, quàm in Eccleſijs, hauddubiè ſingularibus quibuſdam diaboli inſidijs. Et quod Galenus *de ſectis* Medicorum *dixit, huc torqueri commodiſſimè poteſt. Sic ille inquit:* οὕτως ἄρα δυσαπότρεπτόν τι κακόν ἐστι ἡ περὶ τὰς αἱρέσεις φιλοτιμία, καὶ δυσέκνιπτον ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ ψώρας ἁπάσης δυσιατώτερον. *Hæc non ideo ſcripſi, quòd putem, confirmato nunc malo non debere adhiberi remedium: ſed eo diligentius adhiberi debet, & circūſpectius, quo malū eſt maius factum, ne tota res pereat. quod neceſſe eſt tandem fieri, quādo in deterius tantum ruit, nec in eo curſu impeditur. Qua ratione autē utendū ſit, qua uia, partim res ipſa docet, partim tēpus, tum etiā aliæ circunſtantiæ: præcipuè uerò* Chriſtiana *& pia prudētia, quæ complectitur & gubernat hæc omnia in humanis animis.* Ac *uehemēter hoc præceptum* Ouidij *tenere prodeſt in his rebus:*

Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori:
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Temporibus medicina ualet: data tēpore proſunt,
Et data non apto tempore uina nocent.
Quinetiam accendas uitia, irriteſq́; uetando,
Temporibus ſi non aggrediare ſuis.

μηδέ τι.) *Aliquando aliam putaui horum duorum uerſuū ſententiā eſſe: nunc puto uelle* Poetā,

 ne quis

ne quis eam carnem uel alijs uendat, uel comedendam proponat, quæ à feris laniari & uorari debeat. Ita enim exiſtimo ſcribendũ eſſe θηριόβορον, *ut paſſiuè ſignificet: niſi* ο *quoq; in medio eſt omittendum, ut nulla ſit* συνίζησις. & *ſic intelligit omnem carnem putridam & corruptam: hoc eſt, cadauer.* Quod *autem hac etiam parte humana auaritia prodat ſe, declarant nonnunquam exempla.* Digni *erant tales homines, qui hoc faciũt, non carnificina, ſed carnifice.* Non *enim adimũt aut furantur pecuniam, aut alia bona fortunæ: ſed ualetudinem, propter pecuniam, prorſus excæcati cupiditatibus: ita ut furibus lõgè ſint deteriores, & non multo quàm uenefici meliores.* Nec *multũ refert, cadauer uendatur, aut coctum proponatur hominibus comedendum, & nunc mortuum pecus, an morbidum, & ex morbo uicinum morti.* Graſſatur *hoc flagitium in ijs ciuitatibus præcipuè, in quas magna multitudo peregrinorum commeare ſolet: ut ſunt, conuentus, caſtra, emporia, academiæ, & ſimilia loca: niſi magiſtratuum diligentia, uel naturalis quædam gentis probitas repugnet.* Deprehenduntur *nonnunquã lanij ægrotas pecudes mactare, ac uendere pro uiuida carne, ac recente.* Fit *idem etiam frequentius in publicis hoſpitijs, & apud eos qui habent uenales & quæſtuoſas menſas, quàm in priuatis locis.* Quo *magis aduigilare de-*

bebant

bebant Principes, & alij magiſtratus, & ſeuerè punire, qui deprehēſi eſſent, & conuicti huius immaniſsimi ſtellionatus: & cauere, quantū poſſet fieri, ne quid tale cōmiteretur nec à ciuibus, nec à peregrinis. Præterea, quod Poeta de carnibus dicit, intelligi poteſt etiā de uini uēditoribus, pharmacopolis, & alijs omnibus, qui res uel eſui, uel potui deſtinatas uendunt. Quanquam hic mitius peccatur, quàm illic, ut arbitror: frequentius tamen ferè. Poſſumus etiam hic intelligere, & fortaſſe rectius, eam carnem, quæ eſt facta à feris, ut cum pecudes à lupis occiduntur: & nolle Poetam à nobis eam comedi. Solet enim apud nos abſtineri à talib. carnibus, quanquā recentibus. Non tamen & ad hanc ſententiam reliqua malè detorquentur.

φαρμακα μὴ.) A Pharmacia & Magia abſtinendum hic uerſiculus monet: quarum hanc ad ſuperſtitionem refert Suida, cum ad aliquid boni conficiendum dij aduocantur: illam ad amatoria pocula, quæ Philtra nominātur. Plinius Magiam, aut Magicen, genus facit omnium talium incantamentorum, quomodocunq; fiant: & recitat multas eius ſpecies in 30. lib. ubi etiam Neronis, qui fuit huius uanitatis auidiſsimus, exemplo docet, omnes diuinandi formas uaniſsimas & falſiſsimas eſſe. Sunt autem, necyomantia, chiromantia, geomantia, pyromantia, aruſpicina, augurium, extiſpicina, &

pleræq; aliæ. Phocylides hic ſeparat Pharmaciam à Magia. Quod uerò ad uocabulum pertinet, φάρμακον hic in malam partem accipitur: alioqui μέσον eſt, quod etiam Iuriſconſultus ex Homero colligit. Porrò Magiæ uocem à Perſis, qui Maguſæi, uel Magog incolarum nomine dicuntur, deriuat Suida, quòd ibi Magia & Aſtrologia cœperint. Eſt autem tota res nihil aliud, quàm medicinæ, mathematum, & religionis deprauatæ confuſio. Cæterùm φάρμακον ἀ φέρειν ἅμα & ἄκος deducunt Græci. Vnde apparet, initiò in bonam tantum partem fuiſſe uſurpatum, ſicut de Magiæ quoq; nomine ſentio. Conſtat enim, Perſis Magos fuiſſe, qui nobis nunc ſunt philoſophi & eruditi.

νηπιάχοις.) Cum hic præcipitur, non eſſe manum infantis duriter attrectandam: uelut per ænigma ſignificatur, generatim non eſſe faciendam iniuriam, ijs præcipuè qui ſunt iniurijs & dolis obnoxij, quiq; ſe nõ poſſunt defendere. Tales autem maximè ſunt pueruli, pupilli, uiduæ, fatui, ſimplices, mulierculæ. Sequens uerſus, de uitandis rixis, contentionibus, diſſenſionibus & bellis monet. Nihil enim in illis rebus eſt aliud, quàm alij gradus poſt alios ad perniciem hominũ, adeoq; uiua imago regni Satanæ. De hac re ſuprà quoq; ſunt quædam annotata.

μὴ κακὸν, &c.) Malis non eſt benefaciendum, non

non tantum ideo, ut hic prouerbiali figura ſignificatur, quòd perit beneficium: ſed quòd id quod in eos confertur, bonis detrahitur, qui & egent, & bene collocant acceptum. Semper enim inueniuntur honeſti, quibus multa deſunt, quorumq́; labor & induſtria prodeſſe poßit ipſis & Reipub. *Malis autē & pigris dare, quid eſt aliud, quàm alere publicam perniciem, & bonorū calamitatem? Sic tamen hoc debet accipi, ut & cōſtet eos malos eſſe: & ſi uelint in uiam redire, adiuuētur, utq́; aliquid humanitati tribuatur: hoc eſt, aliquando fiat periculum leui beneficio, poßint ne rectè, aut uelint eo uti.* Et *eſt ſanè ſummum beneficium, quod dari malo poteſt, eum corrigere & emēdare.* Atq; *hoc omnibus omnes debemus omni tempore, quantum poteſt fieri, & ut fiat, operam dare.* Quod *hic dicitur, ſeminare in mare,* Ouidius *aliter dicit:*

Non profecturis littora bobus aras.

Et Theognis eadem figura:

ἶσον καὶ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς.

Dicunt etiam Græci pro eadem, *In aquam aut uinum ſcribere.* Inde *eſt quod Catullus dicit:*

— *Mulier cupido quod dicit amanti,*
In uento & rapida ſcribere oportet aqua.

Sunt & aliæ multæ ſimiles loquendi formulæ, ac omnes prouerbiales, quæ ſunt recitatæ in Chiliadibus.

ὀργάζου,&c.) Laborare,id eſt,agere aliquid honeſtè,cùm res eſt omnibus hominib. conueniens, tum uerò tenuibus & egentibus eſt conuenientiſsima,ac inſuper neceſſaria. Nam,ut rectè uulgò dicitur, Ocia dant uitia: & mendicare turpe eſt,niſi ualetudo aut alia neceſsitas excuſet. Perire uerò ſpontanea fame,deſperatio eſt,& extrema & crudeliſsima iniuria. Poeta fures eſſe dicit omnes pigros. quod ita intelligi debet uniuerſaliter,ut excipiantur opulenti & aſſentatores. quanquam illi ſæpe ad inopiam rediguntur: hi,quod alios decebat capere,intercipiunt,ac furibus aliquãdo ſunt deteriores. Diligentiſsimè fratrem ſuum Heſiodus ad laborẽ hortatur: ubi inter alia dicit, cariorem eum fore, ſi laboret,dijs & hominibus,quòd uehementer oderint ocioſos: adeoq; laborem non eſſe turpem,ſed ociũ eſſe turpe. Sunt autẽ hi uerſiculi:

καὶ τ᾽ ὀργαζόμενος πολὺ φίλτερος ἀθανάτοισιν
ἔσσεται,ἠδὲ βροτοῖς,μάλα γὰρ συγέουσιν ἀεργούς.
ἔργον δ᾽ οὐδὲν ὄνειδος,ἀεργίη δέ τ᾽ ὄνειδος.

Quos ego ſic obiter Latinos feci:

Carus eris magis & dijs,& mortalibus unà
Longè,ſi (multum pigros odere) labores.
Nõ labor eſt probrũ, potius ſocordia probrũ eſt.

Et additur in fine huius loci, πλούτῳ δ᾽ ἀρετὴ, καὶ κῦδος ὀπηδεῖ: id eſt, Opes uirtusq; decusq; ſequuntur. Quibus uerbis nihil aliud ſignificatur, quàm

quàm quòd honeſtum ac laudabile ſit, poßidere diuitias induſtria ſua & labore, ſine cuiuſquam iniuria quæſitas. Callimachus non facit uirtutem diuitiarum comitem, ſed unà iſta ambo à Ioue precatur, cum inquit: (τε,

χαῖρε πάτερ, χαῖρ᾽ αὖθι, δίδου δ᾽ ἀρετήν τ᾽ ἄφενός
οὔτ᾽ ἀρετῆς ἄνευ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν,
οὔτ᾽ ἀρετὴ ἀφένοιο, δίδου δ᾽ ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.

Hos *ita uerti:*

B*is ſalue, mihi da uirtutem, diuitiasq́;.*
N*on proſunt nec opes homini uirtute remota,*
N*ec uirtus opibus, pater hoc largitor utrunq́;.*

In eam ſententiam Latinus *poeta loquitur:*
H*aud facilè emergunt, quorum uirtutibus obſtat*
R*es anguſta domi.* —

Sic enim ferè fit inter homines, quanquam peruerſè: nec eſt huius loci, hoc explicare. De *laborando autem extant in ſacris etiam literis præcepta. ut cum Salomon dicit:* V*ade piger ad formicam, & conſidera uias eius, & diſce ſapientiam: quæ, cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe, quod comedat.* Q*uamdiu piger dormies?* Q*uando ſurges de ſomno tuo?* Et, N*oli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat.*Item *alibi:* Dicit *piger,* Leo *eſt foris, in medio platearum occidar.* Iam *quid ſibi uult, quod in eodem opere*

toties hoc repetitur de diuitijs, quòd habeant amicos multos. Diuitias etiam coronam dicit ſapientum eſſe. Quorſum hæc? An ut præcipua ſit cura nobis diuitiarum? Nequaquam: ſed ut faciamus, quod cùm nobis, tum alijs proſit: ſalua tamen & illæſa honeſtate, quæ longiſsimè ſupra omnes opes collocanda eſt. Quid, quod in eodem Salomone eſt? Noli laborare, ut diteris. Item in ſancto Paulo: Qui uolunt diuites fieri, inciderunt in tentationem & laqueum diaboli. Et Chriſtus dicit: Nolite reponere theſauros in terra. Et paulo pòſt: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. In quibus locis non prohibetur nec poſſeſsio, nec acquiſitio diuitiarum, ſed cura & immodicũ ſtudium quærẽdarum earum: & in primis fiducia & ſpes, quæ in eis pònitur. Vult enim Deus, in ſe poni & ſpem & fiduciam: non in alias res, maximè tales. Sic Philoſophia quoq; docet, præ uirtute cõtemnendas etiam eſſe diuitias. Ac rectè. Sed de hac re ſuprà eſt diſputatum. Porrò hic locus eſt omnium in hoc poemate ſplendidiſsimus & copioſiſsimus. Eſt autem adhortatio ad laborem, qualis illa Heſiodi eſt. In primo uerſu præcipitur labor: & additur ſimul cauſa, quæ finis eſt laboris. Nam de ſuo quiſq; debet uiuere: ac, ut habeatur proprium, labor ſuſcipitur. Secundus uerſus eſt argumentum à contrario huius cauſæ. Qui ſequitur, eſt occupatio de pa

raſitis præcepti forma, cum argumento à cõſequentibus, aut à turpi uitando. Comitatur enim paraſiticam & contumelia, & turpitudo. Sed hoc uidetur non niſi ad miſeros illos paraſitaſtros & artis imperitos pertinere. Videmus enim apud magnates & opulentos in ſummo ſæpe honore eſſe, qui poſſunt fortiter adulari: paulo tamen elegantius, & cum quadam grauitate præſertim. Et quidem tales non uentri tantum ſeruiunt, non cibum tantum ſectantur alienũ, & ocium quærunt, ac ſuam ignauiam alunt: ſed tollunt ſe de luto & ſtercore illorum uulgarium aſſentatorum, & ſibi proſpiciunt in futurum: atq; induſtria, ſedulitate, uigilijs & laborib. uidentur uincere ſæpe honeſtos uiros: ita ut deierares, non eſſe paraſiticam, ſed prudentiam, quam tractant: ac magnas interim opes ſibi, potentiã, dignitatem cõparant. Poſtea φιλονοκαλίας *ſuperant uel eos quib. ipſi adulantur, ſuntq́; erga ſuos adulatores mitiſsimi & benigniſsimi: in Catones uerò illos agreſtes, duros & moleſtos homines, tantum non ferrei. Adeò, quod in nobis magnificimus, in alijs non poſſumus improbare. Ac huius artificij tam peritos quoſdã inuenias, ut Proteos aut Vertumnos dicas eos, non homines. Plutarchus diligentiſsimè & prudentiſsimè de talibus peſtibus diſputauit in libro, qui ſuprà eſt citatus: dignus profectò qui ab omnibus hominib. diligẽter legatur.*

legatur, à principibus & potentibus diligentiſsimè & ſæpiſsimè: his enim tantum ferè inſidiantur iſti nebulones. Et *ſunt adulatores non unius generis, ſed multi, ac ita ſæpe ingenioſi & aſtuti, ut non modò incautos fallant, ſed cautos etiam aliquando.* Quanquam *hoc omnibus eſt commune, dare operam, ne ſuos patronos miſeri clientes, & cariſsima capita, molliſsimi uentres offendant, utq́; gratiam ineant aliquam, ſiue hoc fiat uerbis, ſiue factis, ſiue nutibus, aut ſignis, aut geſtibus corporis quibuſdam, ac ijs quidem uel concedendo manifeſtè, uel reſiſtendo ſimulatè: & ſiue ab ipſis coràm, ſiue per alios coniuratos, uel etiam coniuges, ut eſt hoc genus aucupij prorſus infinitum, de quo aliàs fortaſſe copioſius.* Nunc *ad inſtitutũ redeo.* In *quinto uerſu propemodum ſimilis eſt occupatio.* Potuiſſet *enim opponi:* Quid *ijs eſt faciendũ, qui non didicerunt artem?* An *fame pereundum?* Reſpondet, *fodiendũ eſſe: id eſt, aliquod opus uel ruri, uel alibi faciendum pro mercede.* Poſtea *ſubijciuntur aliæ materiæ laborandi: ſic ut ſignificetur, non deeſſe quod faciamus, aut laboremus, ſi uelimus. ac eſt hoc uelut argumentum à facili.* Deinde *ab utili argumentatur, cum inquit, nec homines nec deos efficere aliquid rectè poſſe, niſi laborem adhibeant, ac ipſam uirtutem eo iuuari.* Poſtremò *adduntur duo maximè illuſtria exempla formicarum &*

rum & apum: & quidem, ut in tali carmine, tractantur prolixè: alterum, quod ad res attinet magis: alterũ, quod attinet ad uocabula. In hoc enim *uerſu,* ἢ δρυὸς ἄγνυ. *& ſequente, multæ idem ferè ſignificantes uoces, magno artificio, & planè* Græ*co ſunt contextæ.*

μὴ μείνῃς ἄγ. *&c.)* Natura *quidem ipſa maximam partem hominum ad matrimonium inuitat ac allicit: adeò, ut nihil opus eſſe præcepto uideatur.* Nam *& homines amant homines, & delectantur eorũ conſuetudine, ingenerata quadam ui: ſeq; unuſquiſq;, & ſui memoriam inter homines quàm diutiſsimè durare cupit, eadem natura impellente & ducente. quod certè fieri non poteſt, niſi homines conſeruentur ac propagentur.* Conſeruari *autem & propagari nequeunt, niſi per procreationem: & procreatio per matrimonium & legitimam cõiunctionem ſola eſt honeſta, & ſecundum naturam communi omnium populorum & gentium conſenſu, & uelut quodã decreto.* Quid *igitur mirũ eſt, eſſe connubia, uel expeti à nobis?* Ni*hil ſanè: ac magis eſt mirum, inueniri, qui cum ſint apti ad procreandum, nec uelint aut poſsint ſuæ libidini reſiſtere ac imperare: (ſunt enim eunuchi, ut ſacra ſcriptura loquitur, nõ unius generis) non tamen uxores ducant, & naturæ potius cum honeſtate pareant, quàm ſuarum cupiditatum inſatiabile*

ſatiabile pelagus,ut ſic dicam, explere fruſtra cōnentur. Qui ſunt etiã in cauſa,cur non modò præcepta ſint hac de re præſcripta, ſed etiam pœnæ conſtitutæ. ac utinam in eos animaduerteretur ſeuerius: ita tamen,ut prius adoleſcentes utriuſq; ſexus,præſertim in concionibus ſacris, in hac parte honeſtatis & officij ſui diligenter admonerentur, ac à ſuis uel parentibus,uel cognatis,uel tutoribus adiuuarẽtur. Non *enim eſt mihi dubium, quin uel ignorantia,uel pudore quodã, uel aſperitate ſuorum pleriq; deterreãtur, & cum dolore etiam ac inuiti prolabãtur in huius generis grauißima peccata.* Inueniuntur *enim homines ita ſæui & crudeles, ut ſi quando ab infirmis & uerecundis adoleſcentibus in tali negocio cõſuluntur,aut rogantur auxilium, uel operam, non modò non confirment eos in propoſito, ſed etiã abducant, ſi non diſſuadendo,tamen cunctando, & uultus quadam uelut pigritia,nulla cauſa probabili,quales pleræq; poſſunt incidere, adducti, uel ad tardandũ hoc illorũ propoſitũ, uel ad tegendã animi ſui explicationẽ.*

Res *eſt,fateor, plena dubitationum & periculorum,uxorem ducere,aut nubere : moleſtũ,alere & educare liberos. eſt enim euentus incertus. Sæpe durant per totam uitã non tam coniugia, quàm perpetuæ rixæ,cruciatus,& carnificina mera, ut* Poeta *quoq; teſtatur,cum ait:*

Semper

Semper habet lites, alternaq́; iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.

Sed cogitandum eſt tibi, ut hic dicitur, quòd ipſe procreatus ſis, & educatus: deinde iiſdẽ moleſtijs, iiſdem periculis, & prorſus eadem alea, quibus tu potes educare tuos liberos: & hanc eſſe legem & conditionẽ rerum naturæ, & quidẽ, quod ſignificantius & efficacius eſt, hanc eſſe Dei *uoluntatẽ, ſententiã, hoc mandatũ, ſi non uelis, aut etiam non poßis, præ naturæ infirmitate, aut ob aliquã aliam cauſam, caſtè uiuere. Qua in re optima eſt doctrina, & certißima regula* S. Pauli. *Non enim ita eſt laudandũ coniugiũ, ut uirginitas & honeſtus cœlibatus priuẽtur ſuo loco & honore. Verùm quod ad coniugiũ attinet, qui* Deũ *precantur ex animo, ut res bene cadat: ac poſtea in bona ſpe ſunt, fore, quod precati ſint, ac optẽt, nõ poſſunt nõ fœlix matrimoniũ habere. Quid quòd nõ plurima ſunt peſſima & durißima coniugia, ac eorũ ferè tantũ, qui* Deum *non inceptorẽ & gubernatorẽ ipſi, ac rectorem ſibi cõſtituerunt?* In *ſumma, de talibus etiã coniugijs hi uerſus* Hipponactis *intelligendi ſunt:*

δύ' ἡμέραι γυναικός εἰσιν ἥδισται,
ὅταν γαμῇ τις, κἀκφέρει τεθνηκυῖαν.

Hoc *eſt, ut ego uerti:*

Suauißimæ ſunt mulieris dies binæ,
Qua ducitur, qua deinde mortua effertur.

Turpißi-

Turpißimum eſſet, ac monſtri ſimile, Chriſtianos malè de matrimonio ſentire, cum id magna pars paganorum non fecerit: utpote cum tota natura clamet, hoc non eſſe faciendum. Egregiè conſtitutum fuit in Lacedæmoniorũ Republica, ſicut alia multa, ita & hoc de coniugijs, quod Ariſtoteles his uerbis narrat: σπαρτιατῶν νόμος τάττει ζημίας τὴν μὲν πρώτην ἀγαμίου, τὴν δευτέραν ὀψιγαμίου, τὴν τρίτην καὶ μεγίστην κακογαμίου. *quod tamen eſt accipiendum de ijs tantum, qui fuerunt apti ad coniugium. Præterea ueriſsimè apud Euripidem Oreſtes hoc dicit:*

γάμοι δ' ὅσοις μὲν εὖ καθιστᾶσι βροτῶν
μακάριος αἰών· οἷς δὲ μὴ πίπτουσιν εὖ,
τά τ' ἔνδον εἰσὶ, τά τε θύραζε δυστυχεῖς. *Id eſt,*

Quibus bene ſunt conſtitutæ nuptiæ,
Hi ſunt beati: ſed quibus malè cadunt,
Hi ſunt domi, ſunt hi foris quoq; miſeri.

Omitto nunc dicere, quod Reipub. debetur hoc officium: &, quod ualet apud me plurimũ, ad religionem & pietatẽ erga Deum quoq;, non parum momenti habere, patrem eſſe: ut diſcamus magnitudinem amoris Dei erga nos, cum ſe patrem noſtrum profiteatur in ſacris literis, & is uelit à nobis appellari & haberi. Non autem hæc ita uelim accipi, ut exiſtimem, caſtrationẽ, quæ fit propter regnum Dei, non magni faciendã eſſe, aut non eſſe expe-

expectandum iuſtum tempus, ac aliquandiu reſiſtendum feruoribus illis, & tanquam incendijs quibuſdam noſtræ naturæ: differendumq́; coniugium, uel propter hanc, uel propter aliam cauſam honeſtam: nec eſſe miſerè, præſertim amantibus, non alicubi aduerſandũ. Quanquam naturæ ſunt diuerſæ: & alijs plus, alijs minus cõcedi, rectè arbitror. Ac eſt in hac re tutius, ut ij concedant aliquid de ſuo iure, in quorum poteſtate eſt amans, quàm is qui amat, quamũ res & honeſtas omnino patitur. in quo nullus certus modus præſcribi poteſt, ut opinor. Magna pars in iudicio & uſu peritorum & honeſtorum hominum eſt poſita. Quæ ad ipſum contractum deinde pertinẽt, ac eius uerba hic non habent locum, & diſputata ſunt à Iuriſconſultis, & *Eccleſiaſticis ſcriptoribus.*

μὴ προαγωγεύσῃς.) *Grande flagitium eſt, quod hic uetatur, & maximè deteſtandũ, præſertim in* Germania: *ſed olim, quàm nunc, rarius, aut fortaſſe inauditũ, quando nondum fuit huius gentis probitas & ſeueritas, ac adeò mores corrupti uitijs aliarum gentium & nationum. Nam quod* Iuuenalis *de pecunia & diuitijs queritur, quòd mores* Romanos *deprauauerint, idem de noſtris populis etiã queri poſſumus. Ac ſunt inuecta uitia, & tanquam corruptæ merces importatæ in noſtram terram aliunde, per neſcio quos errones & impoſto-*

res omnis generis. Si adulteria tam ſeuerè ſunt uetuſtis temporibus, ut ſcribit Cornelius Tacitus, apud Germanos uindicata: quanto magis hæc fœditas punita eſt ſeuerè, ſi tamen uſquam fuit illis temporibus unquam inter noſtros homines comperta? Leuis admodum eſt hic addita huius turpitudinis uitandæ cauſa, cum dicitur, Ex adultero lecto non procreari ſimiles liberos: niſi non tantum ad formam referas ὁμοίυς, ſed etiam ad ius eidem ſuccedēdi in hæreditate. Nam ſic neceſſe eſt miſceri ſanguinem, ac ius poßidendorum bonorum & fruendi eis familiarum turbari. Et hoc eſt, quod Iuriſconſulti, aut natura potius docet, ab adultera grauius quàm ab adultero peccari. Reſpexit huc Poeta, cum dicit: —Eſſes

Aethiopis fortaſſe pater, mox decolor hæres
Impleret tabulas, nunquam tibi manè uidendus.

Idem in alio loco, ſuarum coniugum lenones notat his uerbis:

—Doctus ſpectare lacunar,
Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo.

Vtinam uerò nunc uiueret: quot ſatyras de hac fœditate, quot uolumina ſcripturus eſſet? quàm acriter inſectaturus hunc turpißimũ quæſtum? Imò uellem potius factorum, ut ſic dicam, Satyricum, non uerborum exoriri, qui ui, armis, potentia, ferro, igne, fulmine perderet eos, à quibus tantum pec

catum

catum toleratur, & frequens eſt, ac laudi etiam à multis, ut audio, ducitur: niſi corrigi poteſt, quod prius optandum erat.

μητρυιῆς μὴ, &c.) Et hoc præceptum ex media iuſtitia profluxit. Nouerca enim in matris locum ſuccedit. Ergo rectè liberi eius, ex noſtro patre nati, ut fratres & ſorores habentur: & ipſa, ut mater obſeruatur. Valet hoc ad cõcordiam priuatam & publicam. Si quis λοῦτρα τέκνα uult intelligere, ex priore marito ſuſceptã ſobolem, cum illo non iurgabor: eſt enim ſic in præcepto plus etiam humanitatis. Verùm ſic erit ἀκυρολογία. Quàm ſit autem utile, præcipere talia, docent quotidianæ rixæ, & ſæpe uerbera, in talibus domibus, ubi eſt uaria ſoboles. Cæterùm Poeta & nos dicimus, non de iure facultatum, ſed de fraterno amore, & mutua beneuolentia: aut potius de abſtinendo à contentionibus, iurgijs & uerberibus. Quanquam in bonis etiam debet eſſe quædam æqualitas, hoc eſt, uſus & diuiſio, quæ uel publicis legib. eſt præſcripta, uel conſuetudine ſuæ cuiuſq; ciuitatis recepta.

μηδὲ κασιγνήτης.) Multa ſunt hic præcepta congeſta, ferè eiuſdem generis, ac de honeſta procreatione docent. Notiſsimũ autem nunc eſt ex legibus tum Moſaicis, tum Cæſareis, & ex iſta conſuetudine, tum ex naturæ iudicio, quod omnes leges honeſtas & conſuetudinem parit & conſeruat, non

maculandum eſſe cubile cuiuſquã hominis, nedum patris, aut fratris, aut affinis. Sunt tamen homines, quorum infinita eſt libido, commonẽdi crebrò & ſingulariter de illis fœdiſsimis criminibus, ut ſingulariter quoq; ab eis abhorreant & refugiant. Non enim ſentiendum eſt cum Stoicis, intempeſtiuè ſapientibus, quòd non ſint gradus & diſcrimina peccatorum. Cæterùm de tam grandibus flagitijs nihil eſt opus monere pueros adhuc, & qui nondum ſentiunt quid ſit Venus. Quanquam ad caſtam quandam modeſtiam & temperantiam ab incunabulis propemodũ aſſuefieri debent, ea ratione & modo, quem natura monſtrat omnibus hominibus, & quo ſolent honeſti parentes uti. Poſtea, quando adoleuerint nõnihil, & nunc incipiẽt diſcrimẽ boni ac mali intelligere, diſciplinæq; capaces erũt, in primis ex eo quod dicit Poeta, cõparare ſe debent non ſolũ parẽtes & præceptores, ſed alij, qui ſunt uel in eadem domo, uel alibi. Sic autem docet ille:

Maxima debetur puero reuerentia: ſi quid
Turpe paras, pueri ne tu contempſeris annos.

Id eſt, Ne dicas, nec facias, puero uidente, quod eſt turpe. Nam pueri facilè quælibet imitantur, ut uidemus: facillimè autem uitia, ad quæ natura propendemus. Et quia ſunt teneri & infirmi, facilè corrumpũtur. Nec deſunt homines adeò ſpurci & petulantes, ut neminem reuereantur: ſed quælibet,

apud quoſcunq; ſunt, euomant, tanquam inebriati libidinoſis cogitationibus : adeoq; ſenes aliquãdo, quos uerè nequitia non ſinit eſſe ſenes, ut ait ille. Nos etiã prouerbio tales irridemus. Deinde etiam paulatim hæc turpitudo eis demonſtrari debet, uerbis tamen uerecundis & paucis: ac ipſi minis, uerberibusq; nonnunquam ab ea deterrẽdi ſunt. Vellem in cõcionibus ſacris paulo ſæpius & liberius, quanquam ea uerecundia, quæ decet iſtiuſmodi locum & cœtum, quàm eſt hactenus factũ à quibuſdam, aut nimium, aut non in loco uerecundis, de talibus rebus moneri homines. Nam ſæpe non pueri modò, ſed etiam uiri, aut ſenes, peccant hac parte, ut neſciant penè ſe peccare. Et quæ in ſacro loco dicuntur, magis mouent animos, ac altius deſcendunt in pectora, quàm quæ dicuntur à parentibus domi, aut à præceptoribus in ſchola. Quis autem in ijs rebus modus eſſe debeat, unumquemq; prudentem & honeſtum, ac probum, quales in Eccleſia præcipuè decet miniſtros eſſe, non ambitioſos & auaros magiſtros, docebit & Spiritus ſanctus, ſua mens, & honeſtatis ratio. Sed hæc nihil ad huius loci expoſitionẽ. Quia uerò ſemel tale aliquid erat in hoc opuſculo dicendum, quod pueris maximè proponendum & exponendum ſit, in hoc id loco uiſum eſt rectiſſimè fieri. Porrò quòd pellicum uel concubinarum hic ſit mentio, non eſt hoc tem-

pore apud Chriſtianos uſitatum, ut habeat quis apud ſe, uel ſine uxore, uel unà cum uxore (nam pellex utroq; modo rectè, non tantum πρός τι, ut contendit Valla, dicitur) unam, aut plures pellices: ita ut non iudicetur peccare, & pœna dignus eſſe. Apud ueteres Græcos & Latinos nõ fuit hoc turpe. πάλλαξ autem, uel παλλακὴ, fuit concubina, paulo fidelior quàm ſcortum: ac res domeſticas eius, apud quem ita uixit, curans, nec alij communicans corpus: ſolumq; hoc differens ab uxore, quòd non fuit ſocia bonorum, nec habuit ius uxoris. Tales nonnullæ inueniũtur adhuc apud ſacerdotes, quanquam illicitè, & contra leges: cum id olim fuerit licitum & permiſſum à legibus apud ethnicos. Nam quæ rem habet cũ quibuslibet, mercedis & uictus quærẽdi gratia, propriè meretrix aut ſcortum uocatur. Talem & olim habere fuit turpe: non tamen adeò, ut nunc eſt. De hac re Demoſthenes κατὰ νεαι. ita ſcribit: τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκα ἔχομεν, τὰς παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος, τὰς δὲ γυναῖκας τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν.

μηδὲ γυνὴ φθει. &c.) Hoc uerò magnum & horrendum ſcelus eſt, fœtum in utero necare, aut necatũ abijcere feris aut uolucribus, aut quocunq; modo interficere. Parricidium tantum eſt nefas, ut

Solon,

Solon, ferens multas leges patriæ, nihil de eo conſtituendum cenſuerit: quòd putaret, à natura hoc longiſsimè abeſſe, nec poſſe in hominē cadere. Sed tanto eſt grandius & terribilius, quòd natura ſic ferat, ut & magis amentur liberi, quàm parentes, & plus eis quàm parentibus debeatur. Nam ut re*ctè philoſophi docent, quod ex nobis naſcitur, uelut pars quædam eſt noſtri.* Ergo *ſicut unuſquiſq; ſe maximè omnium natura amat, ita ſecundum ſe liberos amat plurimum, ut ſui partem aliquam.* Hinc *eſt, quod* Iuri*ſconſultus dicit prudentiſsimè:* Amor *deſcendit, non aſcendit.* Et *nos prouerbio:* V*nus pater facilius poteſt alere decē liberos, quàm decem liberi unum patrem.* H*òc igitur grauius eſt hoc peccatum, & fœdius quàm illud.* Et *mirum ſanè eſt, hoc maternum animum cogitare poſſe, nedum facere: cum alioqui magis, eadem natura duce, mulieres ament liberos, quàm uiri. Sed tantum poteſt uel metus manifeſtæ turpitudinis & infamiæ, uel periculi & dolorum pariendi, uel potius diabolus, ut hoc etiam flagitium deſignetur non rarò, nec immeritò capitis ſupplicio punitur. Iuuenalis abigendi fœtus cōſuetudinem in diuitibus ſui temporis inſectatur bis uerſibus:*

Sed iacet aurato uix ulla puerpera lecto:
Tantum huius artes, tantum medicamina poſſunt,
Quæ ſteriles facit, atq; homines in uentre necādos

Conducit. — Theologi diligenter inquiſiuerunt, quando ſit homicidiũ in hac parte cõmiſſum. Noſtris temporibus contrà fit: à pauperibus hoc peccatum frequentius perpetratur, quàm à diuitibus. Hæ tamen grauiter etiam in eo peccant, quòd alieno lacte alunt ſuos infantulos, niſi iuſtam cauſam hoc faciendi habeant. Contra hanc peruerſam conſuetudinem copioſè Gellius diſputat in 12. lib. & Eraſmus, imitatus Gellium, in quodã dialogo. Porrò ἔμβρυον, uox medicis uſitatiſſima, deriuata eſt uel à βρύω, quod inter alia Græcis floreo, creſco, augeor ſignificat: uel, ac melius, ut arbitror, à βρύα, quæ ſignificant, ut Heſychius ſcribit, ea quæ ſaxis innaſcuntur. Significat autem in libris medicorum, imperfectũ, aut non editum iuſto tempore, & cõſtituto à natura fœtũ. Homerus etiã, ut opinor, pro nato nunc, & infante poſuit. In hoc propemodũ adiectiuè uſurpatũ eſt, addito ſubſtantiuo βρέφος, quod infantẽ alioqui ſignificat: hic fœtum nondum natũ, à φέρβω ductum, ut Græci uolunt.

μηδέ τις ἢ ἀλόχῳ.) Vxor non eſt mariti ſerua, aut famula, ſed uitæ & bonorũ ſocia. Quare non debet crudeliter, nec alijs temporibus tractari: minimè uerò, quando grauida eſt. idq; in hoc uerſiculo præcipitur. Præeſt quidẽ uxori maritus, & habet ius & poteſtatem quandam in eam: ſed longè differunt hæc à iure & poteſtate, quæ dominus in

ſeruum

ſeruum habet. Qua de re inſignis locus eſt apud Ariſtotelem, in libris Ethicorum. Eum fortaſſe totum poſtea, uerſum à nobis, addemus. Clarè enim ibi, & expreßè docetur, de triplici genere poteſtatis, patris in filium, mariti in uxorẽ, domini in ſeruum. Neceſſarium eſt omnino, ſcire hanc differentiam: & uehementer uellem, in cõcionibus quoq; ſacris diligenter eam inculcari, S. Pauli exemplo, qui pulchrè & diſertè ea de re præcipit. Sũt enim nonnulli uiri ſic agreſtes & crudeles, ut exiſtimẽt ſe non uiros dici poſſe, niſi uerberent uxores, & pro mancipijs utantur eis. & quidem hoc tantum ſæpe ex inani perſuaſione fit, aut ex quadam imperitia. Ibi uerò culpa magiſtratuum eſt, ac eorum qui uulgus docent in Eccleſijs.

μηδὲ αὖ παιδ.) μηδὲ legendũ eſt integrè, non per apoſtrophum μηδ'. Non enim hic poteſt fieri talis abiectio uocalis, & uerſui deerit alioqui ſyllaba. Quanquam ſic etiam breuis ſyllaba δὲ producitur κατὰ διαςολὴν. niſi quis putet omiſſum eſſe γε, aut ſimilem completiuam. Aut eſt legendũ μήδ' αὖ, quod mihi placet. Præcipit autem uerſus, non eſſe uirilitatem adimendam ijs qui poſſunt generare. Notum eſt, ueteribus Græcis & Romanis, imò toti penè Orienti, & omnibus gentibus mollioribus, hoc genus hominum in delicijs fuiſſe. Et eunuchi, ab eo quòd in cubiculis, aut gynæceis,

multum cuſtodiæ & miniſterij cauſa, inter potentum mulieres & uirgines uerſarentur, dicti ſunt. Nonnulli *malunt ab* σὺν *&* νοῶ *&* ἔχειν *deriuare, quod mihi non diſplicet.* Non *autem uno modo ſunt caſtrati.* Hinc *ſunt adhuc uoces in legibus,* Thlibiæ, Thlaſiæ, Spadones. *In ſumma, contra naturam eſt hoc factũ, & conſuetudo hæc propterea quoq; à Chriſtianis mutata eſt. Cõſentit hoc præceptũ cum eo quod ſuprà eſt,* μὴ μείνης ἄγαμος, *&c.*

μηδ᾽ ἀλόγοις.) *Fœdiſsimum eſt hoc peccatum, quod hic uetatur, non tacendum tamen. ſiquidem in eam turpitudinẽ homines aliquando prolabuntur, ut nobis cauere diſcamus: &* Deum *oremus, ut nos & alios cuſtodiat ab ea: & agamus ei gratias, quòd cuſtodierit: adeoq;, ut diſcamus noſtrã infirmitatem, & uim libidinum, ac ſathanæ potentiam. Sequentes duo uerſus ſunt generale præceptum, & pertinent tum ad præcedentẽ, tum ad ſequentem.* Violatur *coniũx & ipſum coniugiũ illicita uenere: maximè tali, quales hic nominantur.*

οὐδ᾽ αὐτοῖς ἄνδρεας.) Hic *ſcriptum eſſe debere puto, non* θήρεας, *ut eſt in* Aldino *etiã codice ſcriptum.* In *quarto enim uerſu ab hoc, de illo peccato quod cum pecudibus committitur, eſt dictum: & ſequens fœminis præcipit, ne præpoſtera & muliebri, ut ſic dicam, uenere utantur.* De *hoc peccato meminit etiam* S. Paulus *in epiſtola ad* Romanos.

nos. Legendum eſt etiam in ſequente uerſu, μιμήσαντο, pro μωμήσαντο.

μηδ' ἐς ἔρωτα, &c.) Naturalis eſt amor inter maſculum & fœminã. Is hic non interdicitur, ſed inſania & furor, & uelut libidinis quædam profuſio: qualis in pleriſque cernitur, qui nec dormire, nec cibum capere, nec aliud quicquam rectè facere poſſunt, præ hac rabie. Vitium hoc Latinè Cicero mulieroſitatẽ ex Græco φιλογυνείαν uocat. Significantiſſimè autem hic eſt locutus Poeta, cum dicit: Non fluas in amorem. ſicut Latinè dicitur, luxuria aut libidine diffluere. Obijcitur hoc Paridi apud Homerum, hoc uerſu:

Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε, γυναιμανὲς, ἠπεροπευτα.

Cauſa præcepti eſt addita in ſequẽte uerſu, ubi dicitur, amorem non eſſe Deum, ſed pernicioſum affectum, ſeu turbationem animi. Sic enim exponunt etiam Græci uocabulũ ἀΐδηλον. Poteſt etiam propriam ſignificationẽ habere, ut conueniat cum eo quod Ouidius dicit:

— Quis enim celauerit ignem,
Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo?

Videtur hũc locũ imitatus recẽs poeta, cum dicit:
Nec Deus, ut perhibent, amor eſt, ſed amaror & error. Et Pontanus in quodam loco ait:
Numen amor nullum eſt, numen inane Venus.

Eſt enim notum, à ueteribus pro deo habitum eſſe

eſſe amorem, ſicut ferè omnes alios affectus. Obſer*uari hic debet, quòd* ῶν *ſyllaba in dictione* γυναι-κῶν *corripitur, cũ alioqui apud* Græcos *pro com muni conſuetudine tantum eæ longæ uocales cor-ripiantur, quas alia uocalis ſequitur. Similia ſunt hæc* Heſiodi, χεῖμα κακὴ θέρει δ᾽ ἀργαλέη, οὐδέ-ποτ᾽ ἐσθλή. Et, ζηλώσει κ᾽ ἄεργος.

μηδὲ κασιγνήτων, *&c.)* Q*uæ huic uerſui po-terant addi, in expoſitione uerſus,* μηδὲ κασιγνή-της, *prolixè tractata ſunt.*

στέργε τέκνον, *&c.)* Non *fruſtra eſt, quod præci pitur de amanda coniuge.* N*uſquam enim facilius amor cõmutatur in odium, quàm in coniugij prin cipio.* Nec *fruſtra conqueritur ſic apud* Catullum Ariadna:

Tum iam nulla uiro iuranti fœmina credat,
Nulla uiri ſperet ſermones eſſe fideles:
Qui dum aliquid cupiẽs animus prægeſtit apiſci,
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt:
Sed ſimulac cupidæ mentis ſatiata libido eſt,
Di*cta nihil metuêre, nihil periuria curant.*

Sic enim ferè fit, ut unà cum libidine decreſcat amor, etiam inter non malos coniuges: donec pau latim fuerit cõſuetudine & liberis, qui ex eo quo-que pignora dicuntur, reſtitutus, aut potius ex li-bidinoſo in caſtum & coniugalem transformatus. Q*uotus enim quiſq; eſt, qui hoc amore inductus,*

uxorem

uxorem ducat? præſertim in uulgo, aut alioqui inter non bene & religioſe inſtitutos? Nam longè *alter eſt alius, quàm alter eſt. Atq; hoc eſt, quod* Germani *uerè ſolemus dicere prouerbio: Si amor ita creſceret, ut decreſcit, præ amore deuorarent ſe inuicem coniuges. Tale quiddam eſt apud* Lucretium *quoq;, niſi fallor: nam locus nõ occurrit. Sũt autem hac in re plerunq; uiri inconſtantiores & faſtidioſiores, quàm fœminæ. quare maritis etiam uidetur hic ſingulariter* Poeta *præcepiſſe.* Quæ *cum ita ſint, meritò præceptis inuitantur ad hunc amorem, quem caſtum & coniugalem dixi.* Facit *idem* S. Paulus *diligenter, adeoq́;* Deus *ipſe, cum iubet maritũ adhærere uxori: ſic etiam, ut tamen non à parentibus omni iure & poteſtate ſeparatus ſit, aut, ut* Iuriſconſulti *loquuntur, emancipatus, relinquere patrem & matrem, non contemnere, aut negligere, nec eis non prodeſſe, non iuuare eos, quando eſt opus. Cæterùm, ut ſuprà eſt dictũ, uir non eſt tyrãnus, aut dominus uxoris (ut leges & philoſophi hoc uocabulo utuntur. nam ſacræ literæ aliter, & generalius, aut mitius utuntur eo) ſed in uita & bonis ſocius, ac ſuos quoſdam labores uterq;, ſuas res curandas habet, quæ tamen ad communem uſum amborum ſpectent: ſicut eſt in* Xenophonte *perdiligenter ſcriptum, & pleriſq; alijs.* Ariſtoteles *prudentiſſimè hanc uitæ conſue-*

tudinem

tudinem confert cum Ariſtocratia. Planè ſimilis locus extat in Homeri *Odyſſea,ubi* Vlyſſes *Nauſicaæ,pro monſtratione urbis, & ueſte, quæ ab ea petiuerat,ſic humanißimè precatur:*

σοί δε θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
ἄνδρά τε, καὶ οἶκον, καὶ ὁμοφροσύνην ὀπάσειαν
ἐσθλήν. οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρεῖσσον, καὶ ἄρειον,
ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
ἀνὴρ ἠδὲ γυνή, πόλλ' ἄλγεα δυσμενέεσσι,
χάρματα δ' εὐμενέτῃσι, μάλιστα δέ τ' ἔκλυον αὐτοί.

Horum *uerſionem etiam noſtram adſcribam:*
Sed *tibi dij, quæcunq; cupis, dem cuncta uicißim:*
Concordi *tribuam cum mente uirumq;,domumq;.*
Nam *nihil eſt melius, quàm cum cõſorte maritum*
Vnanimi *dulces ſtudio ſeruare penates.*
Hæc *res excrucians inimicos angit,amicos*
Exhilarat:*ſed dij nunc audiuere precantem.*

Sic & Eccleſiaſt. *uirum beatum uocat,cui bona ſit mulier: & concordiã inter uxorem & maritum,unum ex illis tribus dicit eſſe, quibus ſingulariter delectetur* Deus. *Sed quis poßit & debeat etiam in hoc loco hæc omnia perſequi?* Nunquam *poteſt hæc res ſatis laudibus uehi,omnium bene ſanorum iudicio.*

μηδέ τις ἄμνη.) Matrimonio *quis ita poteſt abuti,ut cum ſua propria coniuge adulteriũ committere uideatur.* Ac *rectè iudico* S.Hieronymum *dixiſſe.*

dixiſſe, Nihil eſſe fœdius, quàm uxorem amare, quaſi adulterã. Tantum abeſt, ut non peccet is grauiter, qui ui, quod hic uetatur, puellam liberã comprimit, præſertim ſi non faciat animo habendæ eius in coniugem, ſiue abducta ſit à parẽtibus, ſiue non ſit abducta. Nam ſi, ut uxor habeatur, abducitur, maximè uolens, inuitis, aut inſcijs parentibus, mitius quidem eſt nonnihil: ſed capitale tamen, & raptus in legibus uocatur. Romana Eccleſia confugientibus talibus ad ſe parcit, ac impunitatem impetrat, neſcio qua æquitate inducta, aut permota potius quadam clementia, & humanæ imbecillitatis conſideratione. Sed utut eſt, non ſunt extenuanda hæc peccata: ſed habenda pro ijs quæ Deum uehementer offendant, ſicut teſtes ſunt diuinæ literæ in multis locis: & ſeuerè punienda, aut certè ſeuerius quàm nunc puniuntur. Qui furatus eſt quinq; aut ſex aureos, gula frangitur ei laqueo: & relinquuntur adulteri, uiolenti cõpreſſores, raptores, fornicatores impuniti. An non eſt hoc, ἀποδεκατοῦν τὸ ἡδύοσμον, & διυλίζειν τὸν κώνωπα; nam quãto res eſt precioſior pudor, honeſta fama, præſertim in muliercula, quàm pecunia? tamen huius uiolatores aut ademptores uita priuãtur, illorum fures & uiolatores tantum non abeunt impunè. Ac fit hoc magis culpa ciuilis magiſtratus, quàm Eccleſiaſtici, niſi rem non ſatis intelligo.

μηδὲ

μηδὲ γυναῖκα κα.) Salomon quidē docet,uxorem diuinitùs dari, cum relinquātur à parentibus diuitiæ. Quod non ita intelligendū eſt, quaſi non beneficiū Dei quoq; ſit opus habere, ſed peculiari quadam cura & ordinatione Dei contingere commodam & tolerabilem uxorem : & minus hanc rem eſſe noſtri arbitrij & cōſilij, quàm alias, eſſeq́; alteram altera longè præſtantiorem. Adeò rarum hoc eſſe, ut aut uir conſequatur bonam uxorē, aut mulier bonum maritum: non enim hoc tantum de mulieribus intelligi debet. Siquidem ſæpe minimè incommodæ & malæ mulieres in maritos incidūt ita moleſtos & duros, ut nihil à tyrānis differant. Deinde hoc etiam de iſto Salomonis dicto ſciendum eſt, non quòd & nos anniti ut habeamus honeſtam uxorem, non debeamus, & ocioſis deſidendum eſſe, ac expectandum, donec ueniat uxor nobis, tenues delapſa per auras, ut inquit poeta: ſed cogitandum, deliberandum, quærendam, diſpiciendam ad hoc puellam diligentiſſimè: ſic tamen, ut Deum precemur ante omnia, ut hoc incœptum feliciter euenire ſinat, eumq́; conſtituamus nobis totius rei præcipuum effectorem & gubernatorem. In hunc modum præcipit hic Phocylides, non eſſe ducendam malam uxorem: hoc eſt, cauendum eſſe nobis, quantum caueri poteſt humano conſilio, ne malam ducamus. Non enim adeò fuit rerum ignarus,

rus, qui neſciuerit, multum & in hac re Deum aut fortunam ualere. Quare ſubiungit etiam: Nec pa*tiamur nos moueri opibus, ut malè moratã ducamus. niſi quis mauult hoc referre ad prouerbium,* τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. quo tamen prohibetur *inæqualitas maximè in potentia, diuitijs, & genere. quanquam ad formam quoq; rectè accõmodatur, & in primis ad ætatem.* Videmus *enim uehemẽter incautos quoſdam, ne dicam ſtultos, qui ſexagenarij, aut ſeptuagenarij, aliqando octogenarij, puellulas uix maturas adhuc ducunt.* Ac *meritò illi poſtea pœnas dant ſuæ nequitiæ, cum nõ habent uxores, ſed dominas & imperatrices.* Probè *dictum eſt ab* Ariſtophane, δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή: *hoc eſt, mea uerſione,* Nam *domina ſponſo mulier exiſtit ſeni.* Hac *enim parte quoq; uiri crebrius peccant, quàm mulieres. quanquã hoc illo, quod pertinet ad generationẽ, eſt aptius: peccant tamen & mulieres.* Inde *eſt, quod* Deianira *conqueritur apud* Ouidium:

Quàm malè inæquales ueniunt ad aratra iuuẽci,
Tam premitur magno coniuge nupta minor.
Non honor eſt, ſed onus, ſpecies læſura ferentes:
Si qua uoles aptè nubere, nube pari.

Sed longè fit ſecus ab utriuſq; ſexus hominibus: id quod etiam hic dicitur, uiros & fœminas contrahendis matrimonijs diuitias, non probitatem ſpe-

ctare. Et hoc ſanè fit in reliquis omnibus actionibus & negotijs uitæ.

Protinus enim (ut ait Iuuenalis) ad cenſum, de moribus ultima fiet
Quæſtio, quot paſcit ſeruos, quot poßidet agri
Iugera, quàm multa magnaq; paropſide cœnat.
Quantum quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca,
Tantum habet & fidei. —

Caterùm λατρσύειν *puto legendum eſſe in ſequenti uerſu: & cum infinitiuum cum* δίζεσθαι, *qui eſt in tertio uerſu, aut pro imperatiuo poſitū eſſe, aut pendêre utrunq; à uerbo quini uerſus* ὀρειδαίνομεν. *& hoc, illo magis placet.*

μηδὲ γάμῳ γάμ. *&c.) Hunc locum exiſtimo uetare polygamiā, non digamiam. Cum enim procreandæ ſobolis cauſa antè iuſſerit uxorem ducere, cur omnino prohiberet nunc alteram ducere, non uideo cauſam. Poteſt enim fieri, ut moriatur prima, priuſquam pepererit aliquid. Ac poteſt ex hoc uerſu colligi, non tantum in oriētalibus regionibus polygamiam, id eſt, conſuetudinem habendi plures uxores, quàm unam, fuiſſe receptam, ſed etiam in occidentalib. olim apud Ethnicos. Quod uidetur Cornelius Tacitus quoq; ſentire, cum ſcribit, ſolos Germanos Barbarorum una uxore contentos eſſe: niſi loquitur de digamia, trigamia, & ijs quæ ulterius ſunt, quod mihi non conſtat. Non*

enim

enim tantum Germani pro Barbaris habiti ſunt in Europa illis temporibus. Quanquam in Oriente hoc fuit uſitatius & frequẽtius, neſcio quam ob hominum molliciem, aut potius conſuetudinem ex Iudaica natione acceptam, & initiò permiſſam à Deo, propter humani generis incrementum. Exiſtimo tamen aut unam, aut paucas admodũ, uerum ius ac integrũ uxoris habuiſſe, ac ſingulariter maritis charas fuiſſe: reliquas non item, ſed aut uoluptatis, aut rei familiaris gratia fuiſſe habitas, pro eo ac eſt in loco Demoſthenis ſuprà citato ſignificatum. Reſpexit autẽ Poeta hic tum ad naturam, tum ad incommoda, quæ inſunt matrimonio. Naturale enim eſt, ut unus maſculus cum una fœmina talem ſocietatem & coniunctionem habeat. Inde eſt etiam, quod ſacra ſcriptura dicit, Et adhærebit uxori ſuæ: non, uxoribus. Hæc enim prima fuit ordinatio Dei. etiamſi diuerſum cernitur in quibuſdam beſtijs, maximè tamen cicuribus, & utilitatis hominũ cauſa. Verùm natura non ex paucis iudicãda eſt, ſed ex pluribus, & quidẽ ex ratione & iudicio prudentum ſæpe magis, quàm ex factis.

παισὶ δ' ἂν χαλ.) *Nihil eſt dulcius aut amabilius patris nomine: adeò ut Deus ipſe, bonorũ omnium author & cõſeruator, eo uoluerit appellari, ac uerè ſit pater. Poetis etiam ſuus Iupiter uocatur* πατὴρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε, *Diuûm pater, atq;*

hominum rex. Quod *partim acceperunt ex prima illa gente Iudaica (patres ab* Eccleſiaſticis *dicuntur) partim ingenerata quadam ui iudicandi & intelligendi.* Quæ *cum ita ſint, patres etiã præſtare ſe debere eos, qui ſunt à natura cõſtituti, non tyrannos, aut carnifices, ut aliquando inueniuntur longè beſtijs crudeliores : hoc eſt, humanos, mites, placabiles : ita tamen, ut manſuetudinem illam temperent ſeueritate, nec ad uitia liberorum & peccata conniueant, ſed puniant pro ſuo iure, & peccati modo, quantũ poteſt fieri.* Nemo *enim poteſt modum ſeruare in omnibus rebus, & ſemper.* Quòd *ſi durior fuerit, ac acerbior aliquando pater, ferre debet hoc filius, aut filia : ſeruet hoc* Mimi *præceptum,* Ames *parentem, ſi æquus eſt: ſi aliter, feras.* Et *illud, quod* Terentiana *muliercula docet:* Multa *ex quo fuerint cõmoda, eius incommoda æquum eſt ferre.* Et *hæc pertinent ad omnes eos qui parent & reguntur: ut eſt populus, diſcipuli.* Porrò *quod hic dicitur,* Si *peccauerit puer, à matre, aut primoribus populi (hoc enim ſignificat δημογέροντες) eum debere puniri aut caſtigari, non fruſtra dicitur : ſunt enim natura matres amantiores liberorum, quàm patres: (& cauſa in promptu eſt, nec indiget explicatione, præſertim in hoc loco) & molliores, ac facilius in hac re moderari poſſunt impetum animi accenſi, & leuius*

accen-

accenduntur ira, quàm iſti. Suum tamen incommodum & hæc res habet, quòd ſæpe nimia indulgentia corrumpant liberos. Adeò nihil eſt, quod non offendat alicubi: aut ubiq; pares uires, aut æquale momentũ habeat. Ac omnium rectiſsimè patres leniores, & minus iracũdi, excitati tamen, & ante omnia honeſti uiri ſuſcipiunt & gerunt curam huius rei. Matres uerò non languidæ, aut nimis mites, aut molles: ſed acres illæ, & ut ſobolis, ita honeſtatis quoq; amantes. Vbi itaq; erit maritus iracũdior & uehementior, & uxor placidior, ac honeſta, mater liberos rectius caſtigat: contrà pater debet hoc facere, ubi mulier eſt aut oſcitantior, aut mollior iuſto. Ego certè memini adhuc eius tẽporis, cum, ſi quid neglexiſſem puer, aut deliquiſſem, precibus etiã aliquoties impetrauit à patre mater mea, ut ſibi permitteret negociũ puniendi me: nec molliter me tractauit. ac omnino modũ ſeruare melius norat, quàm pater, qui & natura, & propter ualetudinem aduerſam erat uehementior: uir tamen, ſi licet mihi hoc dicere, amans honeſtatis & iuſtitiæ. Vidit hoc mater mea: & quia rei familiaris & liberorum erat ſingulariter ſtudioſa, cauit hac parte uel in primis, ne quid bona detrimenti acciperẽt. Tum hoc non intelligebam ita, ut fiebat. Nunc ita eius recordor, quoties recordor: recordor autem ſæpe, ut & mirer pruden-

tiam fœminæ, & uehemẽter delecter facto. Quod ideo recitaui, quia bene uidebatur ad hunc locum quadrare. Quæ ſunt addita de grandiſsimis natu generis, & principibus populi, eódẽ ſpectant. Carent enim plerunq; tales affectibus illis turbidiori bus: aut certè minus turbãtur, quàm parentes, qui aut inſpectores ſunt peccatorũ quæ à liberis committuntur, aut primi reſciſcunt: quæ ualde faciunt ad irritandũ animum. Præterea propter maiorem prudentiã, & uſum rerum, melius hoc munere fun guntur illi. Non ſolet hoc fieri apud nos: *præterquàm, quòd aliquando ludimagiſtris aut pædagogis id negotij datur.* Nec eſt *ſentiendũ cum* Fabio Quint. *qui cædi pueros non uult.* Salomonem *potius, hoc eſt,* Spiritum *ſanctum debemus ſequi magiſtrũ: is dicit,* Qui *parcit uirgæ, odit filiũ ſuum.* &, Noli *ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum uirga, nõ morietur.* Tu *uirga percuties eum, & animã eius de inferis liberabis.* Item *alibi:* Virga *atq; correctio tribuit ſapientiã:* Puer *autem, qui dimittitur uoluntati ſuæ, confundit matrem ſuam.* &, Erudi *filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ.* Magna *cõmendatio diſciplinæ eſt, quòd ei tribuitur hoc, ut à morté, & quæ publicum peccati ſuppliciũ eſt, tueatur ac liberet ab æternis cruciatibus.* Paulatim *enim animus iſta parentum diligẽtia traducitur à uitijs*

ad timorem & amorem Dei: *nec debemus hoc ſu-
perſtitioſè diſputare, aut inquirere quomodo fiat.
Et, ut maximè non reſpondeat ſemper euentus la-
boribus, nihilominus tamen debemus pergere, &
ſcire,* Deũ *occultè mentes in talibus conatibus, ſtu
dijs & exercitijs à ſe cõſtitutis mouere, ac iuuare.*

μὴ μὲν ἐπ' ἄρσενι.) *Sexus diſcrimen ipſa natu
ra fecit: ac uirilem quidem robuſtiorem, & aptum
ad labores & pericula ſuſtinenda: muliebrem ue
rò imbecilliorem & molliorẽ, atq; minus toleran
tem laborum & periculorum.* Ideoq; *à mollicie di
ctam eſſe mulierem* Grammatici *uolunt: ut uir à
ui, hoc eſt, potẽtia & uiribus, nomen habeat.* Eam
*naturam ducẽ homines ſecuti, grauiora uitæ regen
dæ & cõſeruandæ onera uiris, leuiora mulieribus
impoſuerũt.* Et *rectè fecerunt.* Eatenus *enim ſunt
homines, quatenus naturæ uelut nutum aut præ-
ſcriptum obſeruantes parent, ac ſequuntur eam
prægredientem, ac uelut iter monſtrantẽ, aut* ὁδη-
γοῦσαν. Iidem *ueſtitum etiam ex eo diuerſum conſti
tuerunt: ac, ut incœperunt, ita pergunt uſurpare,
ſic ut cum ſexu cõueniat. ac ut in uiro dignitas eſt,
in muliere uenuſtas, pulchritudo: ſic alius cultus,
alius ornatus in illo ſit, in hac alius.* In *uiro minor,
& tanquã neglectus: in muliere maior & exquiſi
tior.* Et *hinc eſt, quòd omnium bene cõſtitutarũm
rerumpub. leges ſumptuariæ, permittunt uſum*

liberiorem auri, argenti, ſerici, gemmarum, & id genus aliorum ornamentorum fœminis, quàm uiris. Ex eodē *fonte uelut atramentū quoddam hauſit* Poeta, *quo hos uerſiculos exarauit admodū elegantes & ſuaueis.* Præcipit *autem tria:* Ne *maſculo capillus alatur, quales cernuntur ueteres imagines, ne calamiſtris intorqueantur.* Et *ne implicentur aut conuoluātur in nodos, uel in funiculos: ſicut eſt uſitatum apud fœminas, additis uel reticulis quibuſdam, uel funiculis.* Nam ita hunc locum *intelligo, ut* πλέκειν κόμην *ſit, quod* Cicero *dicit, calamiſtris inurere. &* ἄμματα λοξὰ κορύμβων, *ſcilicet* πλέκειν, *ita funiculis ſiue ſericis, ſiue aureis implicare, quemadmodum hodie receptum eſt.* Di*ſcernicula uocant* Latini *ab eo, quòd diſcernant crines.* Hoc *autem fit etiam interim, quando inuoluuntur.* κόρυμβοι *autem hoc loco ſignificant uelut flagella crinium muliebrium, in ſummitate maximè capitis, pendentium inſtar germinum aut ramuſculorum ſummorum in arbore, quod propriè ſignificant ſpeciatim.* Nam *generatim ſignificant omnes ſummitates, aut altitudines.* Pro *illa translatitia ſignificatione facit locus citatus apud* Suidā, κόμην τρέφων χρυσῷ στρόφῳ κεκορυμβομένην. Heſychius *addit ſpeciale uocabulum, ubi dicit,* κόρυφος κόρυμβος γυναικεῖος. Hunc *locum uidetur imitátus* Poeta, *cum ait:*

Sint

Sint procul à nobis iuuenes, ut fœmina, compti:
Fine coli modico forma uirilis amat.

Item alibi, & totam formam uirilẽ tractans. Subijciam autem totum locum:

Forma uiros neglecta decet. Minoida Theſeus
Abſtulit, à nulla tempora comptus acu.
Hippolytũ Phædra, nec erat bene cõptus, amauit:
Cura deæ ſyluis aptus Adonis erat.
Mundiciæ placeant, fuſcentur corpora campo:
Sit bene conueniens & ſine labe toga.
Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes,
Nec uagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec malè deformet rigidos tonſura capillos:
Sit coma, ſit docta barba reſecta manu.
Et nihil emineant, & ſint ſine ſordibus ungues:
Inq; caua nullus ſtet tibi nare pilus.
Nec malè odorati ſit triſtis anhelitus oris,
Nec lædat nares uirq; paterq; gregis.

Adſcripſi autem totum locum ideo, ne putarent ij rectè ſe facere, qui non ut homines, ſed ut ſues immundi & ſquallidi, ſenti, annis pannisq; obſiti, ut ille ait, inambulant: ac deierarent, ſe uel ſolos uiros, ac pulchrè ſuum ſexũ honorare: cum reuera,
Stulti, dum uitant uitia, in contraria currant.

τὸ μέτρον ἄρι.) Elegans locus de eadem re eſt in 1. lib. Offic. Ciceronis. Ergo, inquit iſte, & à forma remoueatur omnis uiro non dignus ornatus,

 & huic

& huic ſimile uitium in geſtu motuq́; caueatur. Et *paulo pòſt: Adhibēda eſt præterea mundicia, non odioſa, neq; exquiſita nimis, tantumq́; fugiat agreſtem & inhumanā negligentiā.* De hoc loco *ſatis.*

παιδὸς δ' εὐμόρφου, *&c.*) Hi *quatuor uerſus monent parentes, & hortantur, ut liberorum ſuorum pudicitiæ cōſulant.* Non *autem hac parte periclitātur puellæ tantum, ſed maſculi quoq;: minus tamen,* Deo *gratia, in* Germania, *quàm in pleriſq; alijs regionibus.* Theologi *uocant hoc peccatū* Sodomiticum, *ab eo, quòd* Sodomis *perpetratum eſt, fœdum, horribile, & naturæ aduerſißimum:* Deo *certè ita execrandū, ut propter id perdiderit integras ciuitates, & totos populos, terramq́; in qua fuerūt illi, damnauerit in perpetuam ſterilitatem & infamiam.* Non *tamen ſibi metuunt, ac ſecurè ſe contaminant hoc ſcelere grauißimo pleriq;, & in primis, ut aiunt, ij, qui alios deterrere & abducere debebant: quod uerè eſt miſerrimū, & magno dolore ac lachrymis dignū.* Chriſtus *defendat nos & noſtros contra tantam fœditatē, ac* Magiſtratus *incitet ad prohibendam & puniendam eam: aut ipſe tollat, ex ſua præſertim natione aut cœtu.* Notandū *eſt, quòd hic iubet puellas domi retineri, ut non conſpiciantur foris, tantiſper dum elocatæ fuerint.* Significat *enim, magnifieri debere pudicitiam in fœmina, & libidines hominum eſſe non*

humanas,

humanas,ſed beluinas & furioſas. Non autem hoc *ita intelligi debet, quòd nuptis nulla tali cura & modeſtia ſit opus: imò debẽt hæ quoq; ſe domi continere, quantum rei familiaris prorſus ratio patitur: ac non tantum conſeruare pudicitiam & caſtitatem cõiugalem, ſed etiam uitare petulantiam, & omnes ſuſpiciones turpitudinis. Qua de re ſic præcipit* Horatius *cuidam matronæ:*

Prima nocte domum claude,neq; in uias
Sub cantu querulæ deſpice tibiæ:
Et ſæpe uocanti
Duram,difficilis mane.

Sic Telemachus matrem ſuam Penelopen, apud Homerum, iubet domum ire,ac ſua curare,colum & fuſum:

ἀλλ᾽ ἐς οἶκον ἰοῦσα, τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε.

κάλλος ἀνσῆς.) *Quod hic de pulchritudine dicitur, eſt apud Iuuenalem in decima ſatyra,cuius loci principium adſcribam:*

Sed uetat optari faciem Lucretia,qualem
Ipſa habuit: cuperet Rutilæ Virginia gibbum
Accipere,atq; ſuam Rutilæ dare. Filius autem
Corporis egregij, miſeros trepidosq; parentes
Semper habet.rara eſt adeò concordia formæ
Atq; pudicitiæ,ſanctos licet horrida mores
Tradiderit domus,ac ueteres imitata Sabinas,etc.

Quanquam enim culpa non eſt in forma,ſed in

hominum libidinibus & malicia. Sicut non eſt culpa boni cibi, quando corrũpitur in imbecillo ſtomacho, ut Chryſoſtomus in quadam oratione pulchrè colligit. Ac eſt egregium Dei donum illa: pleriſq; tamen occaſio eſt ad faciendum contra pudicitiam. adeoq́;

— Nullus ephebum
Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus,
Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, uel
Strumoſum, atq; utero pariter gibboq́; tumentem:

ut idem inquit. Eſt itaq; tanto maior cura & hic adhibenda parentibus, coniugibus, tutoribus, & alijs cuſtodibus, ut ſuos tueantur, & cõſeruent eis illæſam caſtitatem & famam, ſicuti in alijs bonis excellentibus fieri debet. Sic enim ſunt res humanæ, ut quo quid eſt melius & præſtãtius, eo plures habeat inſidiatores, eo citius & grauius lædatur.

συγγενέσι φιλότη, &c.) *Non fruſtra monemur de amandis cognatis, & exercenda cum eis concordia. Nam ſæpe, ut inquit Ouidius,*

— Non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer à genero: fratrũ quoq; gratia rara eſt.

Et cùm ad opes quærendas & tuendas, tum ad ſua uitatem & tranquillitatem, atq; decus uitæ, nihil æquè neceſſarium eſt, quàm concordia & amor cognatorum inter ſe. Declarant hoc multa exempla & in hiſtorijs, & in præſente uita. Quare

amemus cognatos, & non demus anſam uel nobis, uel ipſis, ad odium, contendendo, obiurgando, rixando: ſed obſequamur eis, quædam feramus, & diſsimulemus eorum nonnullos errores, conniueamus ad leuia quædam peccata, non agamus omnia pro noſtro iure, ſicut omnino faciendum eſt in amicitijs, ἀλλὰ μέχρι βωμῶν, ut ille inquit. quæ optima eſt in talibus rebus regula, & ſine qua non poteſt honeſti uiri nomen & dignitas retineri. quanquam uidendum eſt, ne decipiat nos honeſti aliqua ſpecies aut imago: ne dum effugere uolumus turpitudinem, in turpitudinem prolabamur.

αἰδεῖσθαι πολιοκρόταφ. &c.) Nemo ferè de moribus docet, quin hoc etiam moneat, ac præcipiat, quod hic monetur ac præcipitur, ſenes honorandos eſſe.

Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,
Inq́; ſuo precio ruga ſenilis erat:

inquit Ouidius. Et ſacræ literæ: Coram cano capite conſurge. &, Honora perſonam ſenis. Ita M. Cic. in 1. Offic. docet, adoleſcentium eſſe, maiores natu reuereri, quod hic αἰδεῖσθαι dicitur, id eſt, amare ſimul et timere, cauere ne quid facias, quod eos offendat: ſentire, quod conſilijs & uſu rerum edocti, multa ſciant, quæ minores natu ignorant. Hoc fuit iudicium de ſenibus Lacedæmoniorum, apud quos honoratiſsima fuit ſenectus. Idem Athenienſes

nienſes iudicauerunt, quorum hunc morem fuiſſe Athenis ſcribit Aeſchines, ut iuberent præconem inuitantem ciues ad dicendum de Repub. dicere: τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων. *Et priſci Romani, apud quos Iuuenalis ſcribit, magnum fuiſſe, præcedere quatuor annis. Quod autem in Menandri quodam uerſu dicitur, Non canos efficere prudentes: ita intelligi debet, non omnes grandes natu ſapere: & reprehenduntur, propter malè tranſactã, ignauam & inertem uitam: nec ideo cõſilium ualere tantum, quod à ſene ſit datum, ſed rem ipſam cõſiderandam eſſe potius. Quanquam non temerè debet omitti, aut negligi, quod ſenex dicit aut iudicat. & ſi quando recedendum eſt ab eius ſententia, modeſtè hoc eſt faciendum, & ſalua ætatis reuerentia: nec ideo minus aut loco, aut munere, aut honore ſenibus cedendum eſt. Ac eſt per ſe honoranda & obſeruanda hæc ætas, quantum ſinit honeſtas & officium. Imò, ut S. Auguſtinus rectè & Chriſtianè cenſet, omnes homines amandos eſſe, uitia uerò habenda odio: ſic amari & honorari debet ſenectus, peccata eius & uitia tum habẽda odio, tum leniter corrigenda & ſananda, ſemper adhibita reuerentia. Quanquam autem Diogenem aiunt ſolitum fuiſſe dicere,* νεκρὸν ἰατρεύειν, καὶ γέροντα νουθετεῖν ταυτὸν εἶναι: *tamen ſenes aliquando, aut quoties opus eſt, mo-*

eſt, moneri debent. & ipſis non eſt abijciendus conatus & cura uel diſcendi quod neſciunt, & quod diſcere honeſtum eſt: uel dediſcendi quod eſt turpe, & mutandi malos mores in bonos, in uirtutes uitia, errores in rectè facta. Quod hic addit Poeta, *æqualem honorē ei qui parentibus habetur, habendum ſeni eſſe: ideo factū eſt, ut arbitror, quòd ſenes ſunt tanquam cōmunes aut publici parētes, ij præſertim qui præſunt in Rebuſpub. ac Reipub. plus debemus, quàm priuatæ. ita ſanè talibus ſenibus plus deberi puto, quàm parētibus.* Eramq; *ſenibus tantum cōmittenda gubernacula* Rerūpub. *non adoleſcētibus, qui plerūq; aut euertunt* Reſpub. *aut ſi quid mutant, hoc uel ipſis, uel alijs deinde ſenibus ad priſtinum ſtatum reducendū eſt, cum magna difficultate, & damno publico.* Hinc *eſt, quòd* Hebræi *ſuos magiſtratus appellāt ſeniores:* Græci, *antiſtites* Eccleſiarum, *ad horum imitationem,* πρεσβυτέρους, & πατέρας πνευματικούς: Latini Senatum. *Sed de hac re ſatis.*

γαστρὸς ὀφειλόμ. &c.) *Poſtremum eſt hoc præceptum de ſeruis, & habet tres partes.* Iubet enim *eis dari uictum, & neceſſaria ad uitam, non affici eos contumelioſis pœnis aut maledictis corā rege, id eſt,* Reipub. *principe lacerādos eſſe: & eorum conſilia, ſi recta ſint & ſalubria, ſequēda eſſe.* De *primo non eſt dubiū, quin ſit honeſtū & humanū,* ideoq;

ideoq; diligenter omnibus præſtandum. Phocylides autem hoc tantum ad utilitatem domini retulit. Satius enim eſt, ac tutius, amari etiã dominum à ſeruo, quàm tantum metui. Bis autem eſt idem dictũ: niſi quòd in poſteriore loco generalius quiddam eſt. ac modus quidam dandi ſeruis, quæ debentur eis, oſtenditur, ut ordine quodam, & certa certis temporibus tribuãtur: tribuantur inquam, & tanquam numerẽtur. ut apud ueteres, ad quorum conſuetudinem hoc eſt ſcriptum, χοῖνιξ dabatur, Latini dimenſum appellauerunt: ne permittantur eis ex toto cumulo ſumenda pro ſuo arbitrio. Sic enim ſerui non eſſent, ac corrumperentur, & pigri ac ſegnes redderẽtur, laſciui & petulantes fierent, nec facerent ſuum officium. quod nos patresfamilias quotidie experimur in miniſtris conductitijs & mercenarijs (non enim habentur amplius, aut ualde pauci, uerè ſerui apud Chriſtianos) quàm ſit incommodum, id genus hominum in omnium rerum affluentia uiuere. Atq; hoc eſt, quod hic dicitur, ut opinor, δούλῳ τακτὰ νέμοις. Hoc tamen nõ ideo dixiſſe uideri uelim, quòd exiſtimem aliquid eis detrahendũ eſſe de ijs quæ uitæ & conditioni eorum debentur. Iniquum enim hoc eſſet, & cum hoc præcepto, quod ex iuſtitia ductũ eſt, pugnaret. Alterius partis eſt ratio, quòd à natura docemur, ne maiorem pœnam imponamus, quàm eſt culpa.

eſt culpa. Videtur enim ſignificare, propter leuia peccata non debere notas inuri ſeruis, aut cõuicijs & maledictis deturpãdos eſſe apud Reipub. *principem (hunc regem ipſe uocat) aut certè ideò, quòd ſerui ſint, à ſuis dominis, alioqui nõ facturis, ſic. ut uelit nec durius, nec acerbius puniri debere ſeruos, propter ſuam conditionem: ſed peccati magnitudinem tantum conſiderandam eſſe; ita ut in alijs fit, qui ſunt liberi.* Quapropter *etiam addit,* ἐπονειδίζων, *id eſt, ludibrij tantum aut contumeliæ gratia. quemadmodum principes aliquando fatuos deformant, ac habent in delicijs propemodũ, cum totius generis humani probro & contumelia. Cæterùm uariæ fuerunt pœnæ ſeruorum apud ueteres: ex quo ſunt hæc nomina ſeruorum apud* Græcos, μύλωνες, ζητρεῖα, ἀλφιτεῖα, χονδροκοπεῖα, ζωντεῖα, στιγματίαι, στίγων, μαστιγίαι: *apud* Latinos, *cùm unum aut alterũ ex his græcis, tum furcifer, uerbero, & alia, ſi qua ſunt.*

Tertia pars huius præcepti ſimilẽ habet rationem, honeſtatem & utilitatem, præcipuè honeſtatem. Simpliciter enim accipi debet ſerui cõſilium, quandò eſt honeſtum: & præferri uel Regum *aut* Imperatorũ *conſilijs, quibus ineſt turpitudo.* Nec *habet in omnibus rebus locum, id quod in* Terentio *dicitur:* Duo *cum idem faciunt, &c.* Quanquam *neſcio cur non debeat obtẽperare ſeruo dominus,*

minus, quando utilitas quæritur libera, & nec honeſta per ſe, nec turpis, ſed ἀδιάφορόν τι. Non e*nim ſequimur hic Stoicos, qui nunquam ſeparant utile ab honeſto, & honeſtum ab utili.* C*æterùm quòd ad hunc totum attinet locum, quanquam dominus utitur ſeruo, tanquam inſtrumento quodam ad ſua commoda comparanda & augenda, ſicut* Ariſtoteles *pulchrè docet: eſt tamē cogitandum, quòd ſeruus etiam ſit homo, & honeſtatis rationem habeat communem cum alijs omnibus hominibus: nec cum domino obligatum eſſe ad turpitudinem. aut mente quoq; ſeruum eſſe, non tantum corpore.* In *ſumma, qua ratione domino cōceſſum eſt à natura, ſibi & rebus ſuis conſulere, non turpiter, non doloſè, nō flagitioſè aut iniuſtè: ſed ita, ut ſalua maneat honeſtas, & uirtutis principatus: eadem ſeruis conceſſum eſt à domino, quærere & augere opes, ac tueri, non amplius. Sed quia prodeſt in tota uita, & his poematis multum lucis infert, ſcire dominiorum aut poteſtatum diſcrimina, huc inſeram egregium locum de hac re, ex* 8.*lib.* Ethic. Ariſt*otelis, & noſtris quidē uerbis latinum factum. Sic ait ille: Sunt autem tres* R*erumpub. formæ, ac totidem digreſſiones, quæ uelut harum corruptiones ſunt,* R*egnum,* O*ptimatum adminiſtratio, & quæ ab honoribus rectè uidetur appellari* Honoraria*: plurimi conſueuerunt eam nominare*

nare

nare cõmuni uoce Rempub. *græcè* πολιτείαν. *Ha rum optima*, Regnum *eſt: deterrima uerò*, Honoraria. Digreſſio *regni*, Tyrãnis *dicitur. Sunt enim principatus ambo: plurimũ autem differunt, cum tyrannus ſuam utilitatẽ ſpectet, rex popularium.* Non *enim eſt rex, qui nõ ex ſeſe habeat res neceſſarias, & omnibus bonis abundet.* Talis *autem nul lo alio indiget.* Itaq; *ſibi ne proſpiciat quidẽ is de ijs quæ ſunt utilia, ſed popularibus.* Etenim *qui nõ eſt talis, non eſt rex, uerùm ſorte conſtitutus.* (Pu *to enim ibi legendum eſſe* μὴ, *uel interponendum* μᾶλλον: *ut ſit,* Magis *ſorte cõſtitutus, quàm rex.*) Tyrannis *autem uelut contrarium eſt eiuſmodi: ſi bi enim quærit bonum. unde etiã fit planius, quòd ſit deterrima.* Peſſimum *uerò eſt, quod optimo eſt contrarium.* Tranſitur *autem ex regno in tyrannidem: uitium enim quoddam eſt principatus tyrannis, & prauus rex fit tyrãnus.* Ex Optimatum *adminiſtratione in paucorum adminiſtrationem fit mutatio, uitio quodam eorũ qui præſunt: quòd ſecus, quàm conueniat, regant ciuitatem, & bona uel omnia, uel plurima ſibi uſurpent: itẽ magiſtratus ijſdem tribuunt, ſic ut plurimi cumulent diuitias.* Pauci *præſunt: & cum deberent eſſe æquiſſimi, ſunt moleſti.* Ex Honoraria *adminiſtratione fit tranſgreſſio in popularem, quòd ſint affines. eſt enim & honoraria multitudinis: & qui in honore*

ſunt, omnes ſunt æquales. Minimè uerò moleſta eſt popularis gubernatio, propterea quòd parũ tranſiliat iuſtæ Reipub. formam. Atq; hunc in modum tranſmutantur formæ Reipub. ſic etiam à ſe recedunt & leuiſsimè & facillimè. Similitudines autẽ, & uelut exempla capi ex familijs poterunt. Ea namq; communio, quæ eſt patri cum filijs, regno ſimilis eſt: liberi enim ſunt patri curæ. Atque hoc eſt, quòd Homerus Iouem patrem uocat. Nam patria poteſtas, regnum quoddam eſt. Apud Perſas tyrannis eſt, quòd filios habeant ut ſeruos. Tyrannis autẽ poteſtas domini in ſeruos; in ea enim domini utilitas quæritur. Hæc itaq; poteſtas uidetur eſſe recta: contrà, Perſica diſtorta eſt. Eorũ enim qui differunt inter ſe, poteſtates etiam differunt. Communitas autem ea quæ inter uirum eſt & mulierem, ſimulachrum eſt optimatum adminiſtrationis. Vt enim decet, imperat uir, & in ijs quæ pertinent ad uiri imperium: & relinquit illa mulieri, quæ ad eius uelut imperiũ quoddam pertinent. Vir autem, qui dominatur omnium, in paucorum poteſtatẽ diſcedit: contrà enim, quàm decet eum, facit, nec pro eo tantum, ac eſt muliere præſtantior. Aliquando mulieres quoq; imperant, ut relictæ orbæ, ſine fratribus, in lauta re familiari, quæ uocãtur à Græcis ἐπίκληροι. Atq; hoc ſanè fit, non ſecundum uirtutem, ſed pro diuitijs & potentia,

quemad-

quemadmodum in paucorum gubernatione. Cæterùm honorariæ ſimilis eſt fratrum inter ſe imperium. Sunt enim æquales, prætꝫrquàm quòd à ſe differunt ætate fratres: propterea, quãdo multum differunt ætate, non eſt amplius amicitia fraterna. Popularis uerò ſtatus imago maximè cerni poteſt in malè cõſtitutis familijs: ibi enim ex æquo præſunt omnes, imbecillis eſt gubernator, & nemo impeditur. In unoquoq; autem ſtatu Reipub. *uidetur quædam eſſe amicitia, quatenus ibi iuſtum eſt. Primò quidem regi eſt amicitia cum popularibus, in quadam benefaciendi abundantia.* Benefacit *enim illis, ſiquidem bonus eſt: ac eos curat, ſic ut ſint beati, ſicut paſtor pecudes curat. unde* Homerus *etiã Agamemnonem uocauit paſtorem populorũ. Talis autem eſt poteſtas patria: quanquã ab illa differt beneficiorum magnitudine. Et eſt cauſa, quòd maximum quiddam uidetur eſſe, alere, & honeſtè educare: quæ quidem maioribus tribuuntur. Atq; natura pater liberis præeſt, maiores minoribus, rex popularibus. In excellentia uerò ſunt hæ amicitiæ collocatæ. Propterea quoq; parentes honorantur, iuſtumq́; in ijs eſt non idem, ſed quod conſiſtat in quadam dignitate. Sic & amicitia ſe habet, quæ ſimilis eſt inter uirum & fœminã, ei quæ eſt in* Optimatum *ſtatu. Nam & plus boni eſt meliori ui quadam uirtutis, & cuiq; quod ei conue-*

niat. Non aliter iudicari debet de eo quod iuſtum dicitur. Sed fratrũ amicitia ſociali ſimilis eſt. Aequales enim ſunt, & ætate pares: & ſunt tales plurimum & moribus & affectib. ſimiles. Eſt etiam huic ſimilis Honoraria: ſunt enim aliquo modo iure & æquitate pares ciues, & uidẽtur ex æquo imperare debere per uices. Ita ſanè fit & in amicitia.

ἁγνεῖαι ψυχῆς τε καὶ σώματός εἰσι καθαρμοί, &c.) *Quia nõ ſatis eſt hæc ſcire, quæ hic præcepta ſunt de moribus, & honeſtè agendo: monet etiam Poeta ſub finem opuſculi aliquid de ea re, atq; ita concludit ſuum hoc poema. Vocat autem has præceptiónes, μυστήρια δικαιοσύνης, id eſt, arcana iuſtitiæ: propterea fortaſſe, quòd Græcia tum fuit rudis adhuc philoſophiæ, & nondum fuerunt tales ſentẽtiæ de moribus & honeſta uita propoſitæ hominibus. Quod autem & animam & corpus purum facere, ſi ad præſcriptum eorum uiuatur, hæc præcepta dicit: non eſt obſcurum cogitanti, hominem ex his duabus partibus, anima & corpore, conſtitutum eſſe, nec non ad utranq; uirtutem & honeſtas actiones pertinere: alias tamen ad hanc, alias magis ad illam: ut continentia & modeſtia magis corpus attingit, reliquæ magis animum. Quanquam ferè ſecundum philoſophiam horum duorum eſt tanta cõnexio & copula: ut nequeant ſeparari. Quod autẽ & ſuos, ac infinitos morbos*

habet corpus, id nihil admodum ad hanc rem pertinet, quæ hic agitur. Quanquam ſic etiam fit plurimum, ut morbos corporis animi ſequantur morbi: & cõtrà, morbos animi corporis morbi. quod non eſt huius loci diſputare, aut explicare. Sicut neq; huc pertinet quæſtio de ſummo bono, aut felicitate, quæ hic uidetur conſtitui in ſola uirtute.

FINIS.

BASILEAE, EX OFFICIna Ioannis Oporini, Anno Salutis humanæ M. D. LIIII.
Menſe Martio.

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO
1972
ROMA